

DE
AUSTERA THUCYDIDIS COMPOSITIONE
 QUATENUS EX COPULATIONE DISSIMILIIUM ORATIONIS
 PARTIUM PERSPICICI POSSIT.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE
 AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILIELMA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXV. M. MAJI A. MDCCCLXVII.

H. L. Q. S.

PUBLICAE DEFENDET

AUCTOR

EDMUNDUS PANNICKE
 LUSATUS.

1. Reinhold Edmund

A D V E R S A R I I E R U N T :

OTTO HUBERT, CAND. PHIL.

CLEMENS HUETTIG, STUD. PHIL.

JOANNES SEEMANN, CAND. PHIL.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE.

[1867]

WALTON COUNTY BOARD OF SUPERVISORS
COUNTY SEAL

PA 4485
P3

RESOLUTION NO. 1077
APPROVED AND ADOPTED
THIS 12th DAY OF MARCH 1985
BY THE BOARD OF SUPERVISORS

BY BOARD OF SUPERVISORS
COUNTY SEAL
PA 4485
MARCH 12, 1985

WALTON COUNTY BOARD OF SUPERVISORS
COUNTY SEAL
PA 4485
MARCH 12, 1985

1790

STUDIORUM INSTITUTUM
PATRI

OPTIMO, ADILECTISSIMO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

OMISSIS PIO GRATOQUE ANIMO

OFFERT

AUCTOR.

Perlegenti mihi Thucydidem contigit ut ejus consuetudinem per particulas copulativas et adversativas dissimiles orationis partes conjungendi diligentius observarem. Quamquam enim conjunctionis natura est similes orationis partes conjungere, fit tamen aliquando, ut dissimiles copulet. Quum igitur hunc usum dissimilia conjungendi permagno exemplorum numero ex Thucydide illustrari posse viderem, operae pretium facere mihi videbar, si hanc dicendi rationem, quae quidem saepe similia conjungendo itaque orationem concinnius construendo vitari poterat, accuratius inquisivissem. Ut vero clarum sit, quo consilio hanc dicendi rationem illustrare conatus sim, totam rem, de qua disseram, in hoc prooemio breviter comprehendere mihi liceat. Ac primum quidem, quum in quattuor partes omnia disponere placuerit, prima in parte de copulatione participiorum diversas inter se significationes habentium dicam, postea de connexu participiorum, quae diversas casuum formas habent disputaturus. Diversitas autem copulationis non solum in diversitate casuum, sed etiam in eo cernitur, quod casus recti cum absolutis junguntur

etiam locis, quibus facile copulatio casuum aequalium effici poterat. Deinde in altera parte ad eas copulationes transibimus, in quibus quaedam verborum generum cum enuntiatis juncta esse invenimus, quum pro enuntiatis, quae cum his orationis partibus junguntur, eadem vel illis similia verborum genera adjungi, aut nonnunquam inverso ordine utrumque connexum membrum in unum enuntiatum ex eadem conjunctione pendens cogi posset. Quum sic res, de quibus in his duabus partibus disputaturi sumus, adumbraverimus, jam nunc elucebit, nihil in his structuris inesse, quod non analogia Graeci sermonis nitatur atque ita etiam ab aliis Graecis scriptoribus scriptum sit aut scribi certe potuerit. Neque tamen, quum in animo sit exponere, unde cognoscatur austerae compositionis character, qui dicitur a Dionysio Halicarnassensi, has constructiones praetermittendas esse existimabam. Eos vero locos omittendos esse censeo, quibus tempora inter se diversa aut modi junguntur, quod variatio eorum, quum cogitatione postuletur, plane nihil habet scriptoris proprium sed apud omnes scriptores inveniatur necesse est. Tum tertia in parte delabemur ad orationem variatam et inaequalem, de qua Poppo jam copiosissime disputavit¹⁾. Continent autem hae copulationes quoque nihil aliud quam connexum dissimilium orationis partium. Qua in parte hoc totum orationis variandae genus Thucydideae dictionis proprium

¹⁾ Proleg. ad Thuc. Vol. I.

explicabimus, non quod alii scriptores oratione variata non usi sint — testatur enim hoc Dionysius — sed quod Thucydidea ratio variandi mirum in modum a ceteris scriptoribus differt. Dionysius igitur in libro qui de Thucydidis historia iudicium¹⁾ inscriptus est, de Demosthene haec dicit: „ex oratoribus vero Demosthenes repertus est unus, qui, ut alios quoque, ita et Thucydidem in multis est rebus imitatus“ et paullo infra de eodem sic pergit: sed inter consueta se continuit orationem commutatione ac varietate exornans (*ταῖς μεταβολαῖς καὶ τῇ ποικιλίᾳ*). Deinde alio²⁾ loco, postquam locutus est hoc fere modo: „oratio soluta nullam non habet libertatem, omni seposito metu, suam, ut voluerit variis mutationibus ornandi compositionem“ paullo post³⁾, ubi, quae dictio praestantissima haberi debeat, docet, haec legimus: „illa autem omnium praestantissima habenda est dictio, quae plurimis gaudeat intermissionibus et structurae permutationibus; quum quaedam periodo inclusa, quaedam extra periodum efferantur“. Denique eodem loco: „neque longo, inquit, ut arbitror, sermone opus est, ad hanc partem confirmandam, nam in oratione nihil varietate suavius esse, omnes intellegere persuasum habeo. Cujus mihi exemplo est tota Herodoti, tota platonis, tota denique Demosthenis locutio (neque enim possumus alios reperire, qui varietate

¹⁾ p. 161, Sylburg.

²⁾ De comp. verb. p. 19, Sylb.

³⁾ p. 20.

affluentiori [*ποικιλίαις εὐρωιτέραις*] usi sint)¹⁾. Itaque alios quoque scriptores sermonis varietatem ac permutationem usurpasse Dionysii auctoritate confirmatur. Quod vero inter scriptores loco laudato citatos Thucydidis mentionem non facit, qui quidem a Plutarcho¹⁾ *ποικιλώτατος* nominatur, causa videtur haec esse, „quod“, ut ait Poppo, „hoc dicendi genus apud Thucydidem non tam cernitur in verborum electione, ut ibi, quemadmodum alii nonnulli scriptores magnam vocabulorum copiam seu ubertatem ostenderit — sed oratio variata insit potius in vocabulorum forma sive structura, ut, ubi enuntiatum aliquod e duobus vel pluribus membris constet arcte inter se cohaerentibus non eligatur una structura, quae omnibus inserviat sed ab alia ad aliam fiat transitus, quo oratio varia sed interdum etiam iis qui nondum ei assuefacti sint, fiat subobscurior“. Sin igitur quaerat quispiam, quomodo differat genus variandi Thucydideum a ceteris, quos Dionysius momorat, scriptoribus, breviter omnia comprehendentes statuere posse videmur, apud illos scriptores usum permutationis atque variationis sequi ex studio orationis ornandae, apud Thucydidem ex amore quodam inconcinnitatis atque, ut ait Dionysius²⁾, compositionis inornatae, quae, nisi ex austerae compositionis caractere, quem Dionysius ejus proprium significat cognosci non possit. Denique in quarta dissertationis parte de iis

¹⁾ Nic. c. 1.

²⁾ De comp. verb. p. 25.

locis disseremus, quibus scriptor noster ab inchoata constructione plane recedens per copulativas vel adversativas particulas transit ad orationem finitam, itaque sive logice sive usu recte constitutum verborum ordinem relinquit. Quum sic breviter, quae sit summa rerum, de quibus disputabimus, explicaverimus, postremo de consilio scribendi exponere necesse est. Spero quidem fore, ut jam ex iis, quae supra breviter perstrinximus, eluceat, laborem susceptum esse ad demonstrandam austerae Thucydidis compositionem, quae dicitur a Dionysio, paullo accuratius tamen de hac re nunc disserere mihi liceat. Omnium dissertationis partium communis est copulationum diversitas, unde sequitur membrorum inconnitas et compositionis inaequalitas; quibus ex rebus austerae compositionis characterem perspicere a Dionysio docemur. Definitur enim ab illo hoc dicendi genus hoc modo¹⁾: „καὶ οὔτε πάρισα βούλεται τὰ κῶλα ἀλλήλοις εἶναι, οὔτε παρόμοια, οὔτε ἀναγκαίᾳ δουλεύοντα ἀκολουθία, ἀλλ' ἐὺγενῆ καὶ ἀπλᾶ καὶ ἐλεύθερα. Nihil igitur austerae compositionis character postulat, ut membra sibi ipsis aequalia sint aut similia aut consecutioni necessariae serviant, sed ut generosa, ut simplicia sint et libera. Thucydidis autem hunc austerae compositionis characterem esse proprium apud Dionysium paullo infra legimus, quum haec dicat: „hanc orationis structuram summa diligentia multi persecuti sunt,

¹⁾ De comp. verb. p. 22.

tam in poësi, quam in historia et civili eloquentia: qui vero ceteris videntur praestitisse sunt in Epica poësi Antimachus Colophonius et Empedocles physicus, in Lyrica Pindarus, in tragoedia Aeschylus, in historia Thucydides, in oratione civili Antipho“. Itaque, si rem omnem spectamus, causa hujus Thucydideae dicendi consuetudinis, de qua disputare conabimur, ex austerae compositionis caractere (*ἀυστηρᾶς ἀρμονίας*), qui dicitur a Dionysio, repetenda videtur esse. Multas vero alias causas, si singula sequamur, hujus dicendi rationis esse posse tam clarum est, vix ut commemoratione dignum esse videatur. Quum enim scriptori historico praeter ceteras res hoc curae esse debeat, ut totus non in verbis sed in sententiis versari videatur, minus aequalitati structurarum quam sermonis perspicuitati operam dare ei licet. Perspicuitatis causa igitur nonnunquam sermonis aequalitas negligitur. Deinde aliis locis ad vim quorundam verborum augendam scriptores, ut a constructione aequali recedant, commoventur. Denique orationis variatae et inaequalis, praecipue vero anacoluthorum causa esse potest psychologica, quum scriptor rerum multitudine districtus et ad sequentia properans praecedentium obliviscatur. Unde sequitur, hanc dictionem partim in consilio scriptoris positam esse, partim ex incuria quadam manare posse. Sed haec hactenus; jam enim ad rem ipsam transeamus.

DE THUCYDIDIS IN ORATIONE PER PARTICULAS
COPULATIVAS ET ADVERSATIVAS DISSIMILIA
JUNGENDI CONSUECUDINE.

I. Ac primum quidem de Thucydidis usu participia inter se diversa per particulas conjungendi mihi dicere liceat; jungit autem Thucydides nonnunquam participia, quae casuum formas quidem easdem habent, significatione vero inter se differunt. Neque vero horum exemplorum magnus numerus est, et potest his modo illustrari: V, 34, 3 *δείσαντες (τοὺς ἐκ τῆς νήσου ληφθέντας) μήτι διὰ τὴν ξυμφορὰν νομίσαντες ἐλασσωθήσονται καὶ ὄντες ἐπίτιμοι, νεωτερίσωσιν — αἰτίμους ἐποίησαν*. Junguntur *νομίσαντες* et *ὄντες*, quorum hoc hypotheticalam, illud causalem significationem habet: „timebant Lacedaemonii, ne captivi quod putarent fore ut propter calamitatem auctoritate minuerentur et si essent in honore novis rebus studerent“. Cur Thucydides participia per *καὶ* junxerit non possum non mirari; clarum enim est sententiam hanc esse: Lacedaemonii timebant ne captivi, si in honoribus essent putantes fore ut auctoritate minuerentur novis rebus studerent; integro igitur sensu Thucydides potuit scribere: *μήτι ὄντες ἐπίτιμοι διὰ τὴν ξυμφορὰν νομίσαντες ἐλασσωθήσονται νεωτερί-*

σωσιν. — Deinde VI, 72, 3 genetivi absoluti per particulas μὲν — δὲ opponuntur alii aliis, causalem et hypotheticam significationem habentes: ἔφη — κρατήσῃσιν σφᾶς τῶν ἐναντίων ἀνδρίας μὲν σφίσιν ὑπαρχούσης, εὐταξίας δὲ ἐς τὰ ἔργα προσγενομένης dixit se victuros esse quum et virtus sibi adesset et si disciplina adjuncta esset. Tum VII, 61, 2: καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες στήναι καὶ ὡς ἀναμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους — παρασκευάζεσθε. Poppo, quum duplicem καὶ displicere dicat, ἐλπίσαντες et ὡς ἀναμαχούμενοι jungi nolle videtur. Sed particula καὶ vim verborum ὡς ἀναμαχούμενοι augeri existimo, quum dicat Thucydides: parate vos et sperantes fortunam nobis quoque fauturam esse et ut tales qui priorem cladem iterato proelio resarcire velint. — Tum VII, 85, 4: πολλοὶ διέφυγον οἱ μὲν καὶ παραντίκα οἱ δὲ καὶ δουλεύσαντες καὶ διαδιδράσκοντες ὕστερον. Per καὶ διαδιδράσκοντες scriptor mihi videtur δουλεύσαντες accuratius definire; opponuntur enim παραντίκα et δουλεύσαντες: multi fugerant, alii statim, alii postquam servi fuerunt; hoc solum satis erat ad intelligendum locum, sed addit καὶ διαδιδράσκοντες ὕστερον ad δουλεύσαντες: et postea fugientes i. e. quum servi essent; διαδιδράσκειν enim et ἀποδιδράσκειν praecipue de servis dominos fugientibus dicitur. — Tum II, 41, 2: μετὰ μεγάλων δὲ σημείων καὶ οὐ δήτοι ἀμάρτυρόν γε τὴν δύναμιν παρασχόμενοι τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασθησόμεθα καὶ οὐδὲν προσδεόμενοι οὔτε Ὀμήρου ἐπαινέτου κ. τ. λ. particula copulativa προσδεόμενοι ad παρασχόμενοι, quod significationem causalem habet, adjunctum est, quum, si particula

καί deesset, nihil desideraremus. Sententia autem haec est: quum magnis argumentis et neutiquam sane sine testimoniis opes nostrae eluxerint ab aequalibus et a posteris admiratione afficiemur neque laudatore indigentes etc. VI, 90, 3: *τριήρεις ναυπηγησάμενοι αἷς τὴν Πελοπόννησον περίξ πολιορκοῦντες καὶ τῷ πεζῷ ἅμα ἐκ γῆς ἐφορμαῖς τῶν πόλεων τὰς μὲν βία λαβόντες ῥαδίως ἠλπίζομεν καταπολεμήσειν* participium praesentis et aoristi nectuntur, quorum diversa inter se significatio loco converso elucebit: sperabamus fore ut obsidentes Peloponnesum et si vi urbes expugnassemus, facile superaremus. — Denique VII, 48, 4: *οὐ τοὺς αὐτοὺς ψηφιεῖσθαι τε περὶ σφῶν καὶ τὰ πράγματα ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ὀρῶντας καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσει ἀκούσαντας γνώσεσθαι* pro ὀρῶντας aoristum ἰδόντας expectemus; nam quo tempore de ducibus iudicabitur, τὸ τὰ πράγματα ὀρᾶν quum jam praeteritum fuerit, tempore praeterito experimentum fuisse clarum est; sed Nicias fervidiore oratione statum exercitus etiam tempore futuro quasi praesentem ante oculos habens, participio praesentis utitur.

2. Sed magna exemplorum multitudo apud Thucydidem exstat, quibus diversi participiorum casus per particulas copulativas vel adversativas junguntur; sunt autem haec participia quoque nonnunquam non solum forma diversa sed etiam sensu dissimilia inter se eodem modo atque sub 1 vidimus.

Nominativi et Genetivi participiorum juncti. I, 2, 1: *οὐδὲ γῆν ἐφύτευον ἄδηλον ὃν ὁπότε τις ἐπελθὼν καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων ἄλλος ἀφαιρήσεται*: terram non colebant, quum incertum esset si quis alius aggressus

quum simul immuniti essent praedaretur. Latine καί plane non verti potest et graece facile particula careamus, quum ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, si sensum respicimus, non solum ad ἀφαιρήσεται sed etiam ad ἐπελθών causam continere cogitari possit; sed quum Thucydides genetivos absolutos ad ἀφαιρήσεται rettulisse videatur, ad ἐπελθών, quod idem ad ἀφαιρήσεται pertinet, eodem jure per καί genetivos absolutos adjungere potuit. II, 28: ὁ ἥλιος ἐξέλιπε γενόμενος μηνοειδῆς καὶ ἀστέρων τινῶν ἐκφανέντων, mirum est, cur Thucydides hanc copulationem vero contextui, qui membris inter se est, praetulerit. Continent enim proprie genetivi absoluti consecutionem ad verba praecedentia, ut expectemus ὥστε καὶ τινὰς ἀστέρας ἐκφαίνεσθαι. Sed II, 68, 4: „προσ- παρακαλέσαντες ἀμφοτέρου Ἀθηναίους οἱ Φορμίωνα ἔπεμψαν, ἀφικομένου δὲ τοῦ Φορμίωτος αἰροῦσιν Ἄργος“ quod προσπαρακαλέσαντες et ἀφικομένου τοῦ Φορμίωτος per δέ junguntur, tantum offensionis habet, ut Kruegerus δέ uncis incluserit; sed haud scio an scriptor particulam ponens anacoluthon solitae dicendi rationi praetulerit ad verba ἀφικομένου τοῦ Φορμίωτος premenda. Loci qui sequuntur praeter diversam participiorum formam nihil insolitum habent, quum et participia et genetivi absoluti enuntiata causalia contineant. III, 24, 3: οἱ ἐκ τῆς πόλεως Πλαταιῆς τῶν μὲν γεγεννημένων εἰδότες οὐδέν, τῶν δὲ ἀποτραπομένων σφίσιν ἀπαγγειλάντων, ὡς οὐδεὶς περίεστι — ἐσπένδοντο. IV, 123, 2: οἱ Μενδαῖοι ἐτόλμησαν, τὴν τε τοῦ Βρασίδου γνώμην ὀρῶντες ἐτοίμην — καὶ ἅμα τῶν πρᾶσσόντων σφίσιν ὀλίγων ὄντων. IV, 124, 4: ὁ Βρασίδας τῆς τε Μένδης περιορώμενος

καὶ ἅμα τῶν Ἰλλυριῶν οὐ παρόντων οὐ πρόθυμος ἦν. VIII, 45, 1: Ἀλκιβιάδης — τοῖς Πελοποννησίοις ὑποπιος ὦν καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀφικομένης ἐπιστολῆς ὑποχωρεῖ. Sed differt ab his locis significatione hypothetica genetivorum absolutorum et quod, ut τε particula post ὄρωντα ponatur, expectemus VII, 14, 2: τὰ χωρία τῆς Ἰταλίας ὄρωντα ἐν ᾧ τ' ἐσμὲν καὶ ὑμῶν μὴ ἐπιβοηθούντων — πρὸς ἐκείνους χωρήσει. Sensus hic est: regiones Italiae ad illos desciscent, quum et videant statum nostrum et si vos non auxilio veneritis. Opponi enim debent proprie ὄρωντα et ὑμῶν μὴ ἐπιβοηθούντων. Sed de hac particulae τε transpositione paullo infra disseremus. — Denique comparandi sunt hi loci, quibus participiis et genetivis absolutis ratio temporalis exprimitur VI, 52, 2: ἀποβάντες κατὰ τι τῆς Συρακοσίας καὶ ἄρπαγὴν ποιησάμενοι καὶ τῶν Συρακοσίων ἱπέων βοηθούσων — ἀπεκομίσθησαν. VII, 50, 2: ἀπενεχθέντες ἐς Λιβύην καὶ δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο — ἀφίκοντο. VIII, 25, 3: Ἀθηναῖοι — τοῖς Μιλησίοις οὐ ξυμμίξαντες ἀλλ' ὑποχωρησάντων αὐτῶν ἐς τὴν πόλιν — πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων κρατοῦντες ἤδη τὰ ὄπλα τίθενται. VIII, 21, 2: οἱ Σάμιοι διακοσίους μὲν τῶν δυνατῶν ἀπέκτειναν, τετρακοσίους δὲ φυγῆ ζημιώσαντες καὶ αὐτοὶ τὴν γῆν αὐτῶν καὶ οἰκίας νειμάμενοι, Ἀθηναίων τε σφίσιν αὐτονομίαν ψηφισαμένων, τὰ λοιπὰ διώκουν τὴν πόλιν.

Ordine inverso Genetivi et Nominativi participiorum junguntur. Atque iterum I, 65, 1: Ἀριστεὺς ἀποτειχισθείσης αὐτῆς καὶ ἐλπίδα οὐδεμίαν ἔχων σωτηρίας συνεβούλευεν, si particula καὶ deesset nihil desideraremus. Nam ἀποτειχισθείσης αὐτῆς causam ad ἐλπίδα οὐδεμίαν

ἔχων afferre cogitari potest. Sed etiam hic scriptor, quum utrumque per καί jungeret, duabus his partibus ad συνεβούλευε causas afferens praedicatum definire maluit. — Deinde haec exempla, quibus genetivi absoluti et participia causalem significationem continent, inter se conferri possunt I, 67, 1: οὐχ ἡσύχαζον ἀνδρῶν τε σφίσι ἐνότων καὶ ἅμα περὶ τῷ χωρίῳ δεδιότες. III, 84, 2: ξυνταραχθέντος τε τοῦ βίου — καὶ τῶν νόμων κρατήσασα ἢ ἀνθρωπεία φύσις — ἀσμένη ἐδήλωσεν ἀκρατῆς ὀργῆς οὐσα. VI, 93, 1: οἱ Λακεδαιμόνιοι μᾶλλον ἐπεδρόσθησαν διδάξαντος ταῦτα ἕκαστα αὐτοῦ καὶ νομίσαντες παρὰ τοῦ σαφέστατα εἰδότες ἀκηκοέναι. VII, 51, 1: οἱ Συρακόσιοι μᾶλλον ἐγηγερομένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι καὶ ἅμα οὐ βουλόμενοι αὐτοὺς ἄλλοσε καθεζόμενους προσπολεμεῖν. VII, 67, 4: ὑπερβαλλόντων αὐτοῖς τῶν κακῶν καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν. IV, 41, 3: οἱ Λακεδαιμόνιοι, τῶν τε Εἰλώτων αὐτομολούντων καὶ φοβούμενοι, μὴ σφίσι τι νεωτερισθῆ, οὐ ῥαδίως ἔφερον. IV, 68, 1: οἱ δὲ πλείους — φοβηθέντες ἐν νυκτί τε πολεμίων προσπεπιωκότων καὶ νομίσαντες τοὺς ἅπαντας σφᾶς Μεγαρέας προδεδωκέναι. VIII, 95, 1: Ἀθηναῖοι — οἷα πόλεώς τε στασιαζούσης καὶ περὶ τοῦ μεγίστου ἐν τάχει βουλόμενοι βοηθῆσαι — πέμπουσι ναῦς. Denique IV, 83, 1: Περγίκας — στρατεύει ἐπὶ Ἀρῆιβαῖον — διαφορᾶς τε αὐτῷ οὐσης καὶ βουλόμενος κατασιρέψασθαι pro διαφορᾶς αὐτῷ οὐσης alius scripsisset aequos casus copulans διάφορος αὐτῷ ὦν καὶ βουλόμενος. — Significationem temporalem habent et participium et genetivi

absoluti his locis VIII, 106, 4: οἱ δὲ ἀφικομένης τῆς νεῶς καὶ ἀνέλπιστον τὴν εὐτυχίαν ἀκούσαντες — ἐπερῶσθησαν. Facile hoc loco particula καὶ careamus, quum genetivi absoluti ad ἀκούσαντες referri possint. VIII, 69, 1: ἡ ἐκκλησία οὐδενὸς ἀντειπόντος ἀλλὰ κωρώσασα ταῦτα διελύθη, scriptor iterum diversitatem casuum evitans concinnius scribere potuit: πάντων κωρώσάντων ταῦτα. VI, 78, 1 genetivi absoluti et participium enuntiatum temporale et conditionale continent: τοσοῦτω ἀσφαλέστερον ὅσω οὐ προδιεφθαρμένον ἔμοῦ ἔχων δὲ ξύμμαχον ἐμὲ — ἀγωνιεῖται, ut praeter diversitatem casuum significationis quoque diversitas memorabilis sit.

Unum exemplum apud Thucydidem exstat, quo Nominativus et Accusativus participii conjunctus est; est autem accusativus absolutus. IV, 133, 1: Θηβαῖοι Θεσπιέων τεῖχος περιεῖλον — βουλόμενοι μὲν καὶ ἀεὶ, παρρηστικῶς δὲ ῥᾶον, ἐπειδὴ ἄνθος αὐτῶν ἀπολώλει. Thebani Thesporum murum diruerunt, quod quidem semper voluerant, facilius autem in mentem venit, postquam flos juventutis illorum periit.

Accusativos et Nominativos participiorum junctos invenimus; ac primum quidem affero IV, 5, 1: οἱ δὲ — ἐν ὀλιγοῖα ἐποιοῦντο ὡς ὅταν ἐξέλθωσιν ἢ οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς ἢ ῥαδίως ληψόμενοι βία, ubi pro accusativo etiam genetivos absolutos ponere potuisse Thucydidem recte scholiasta animadvertit. Sed accusativum ab ἐν ὀλιγοῖα ἐποιοῦντο pendentem facere maluit ad hunc adjungens nominativum participii ad subjectum enuntiatum referendum. Exempla ejusdem generis, quibus accusativi participiorum ex verbo enuntiatum pendent

cum nominativis ad subjectum relatis junguntur, haec sunt IV, 27, 1: *ὄρῳντες τῶν τε ἐπιτηδείων τὴν περὶ τὴν Πελοπόννησον κομιδὴν ἀδύνατον ἐσομένην ἅμα ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ καὶ οὐδ' ἐν θέρει οἰοί τε ὄντες ἱκανὰ περιπέμπειν*. VII, 77, 7: *γινῶτε — ἀναγκαῖόν τε ὄν ὑμῖν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς γίνεσθαι — καὶ ἦν νῦν διαφύγητε τοὺς πολέμιους οἱ τε ἄλλοι τευξόμενοι ὧν ἐπιθυμεῖ τέ που ἐπιδεῖν*. Atque hunc in modum cum Kruegero IV, 32, 1 explicandum esse existimo: *οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν πρώτους φύλακας εὐθύς διαφθείρουσιν ἐν τε ταῖς εὐναῖς ἔτι, ἀναλαμβάνοντας τὰ ὄπλα καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν*, ut accusativus participii objecto appositivus cum nominativo participii ad subjectum referendo jungendus sit, *ἐν τε ταῖς εὐναῖς ἔτι* autem cum *εὐθύς*. Quamquam locus facilius esset ad intellegendum, si cum Haasio *καί* ante *ἀναλαμβάνοντας* transponeremus; sed usum Thucydideum si respicimus diversos participiorum casus jungendi, causam mutandi esse concedere non possumus. Sin autem cum Benedicto *εὐθύς* et *λαθόντες* per *καί* connexa esse interpretaremur, *τε* particula carere possemus, quam quidem Bloomfield quoque deleri vult. Denique falsam Arnoldi interpretationem esse, quam Poppo sequitur, existimo, quum explicet: „quum *λαθόντες τὴν ἀπόβασιν = τὴν ἀπόβασιν οὐ προϊδόντας* sit, *τε* et *καί* inter se respondere possunt“. Neque, si *λαθόντες* hanc significationem accipere posset, rejiceremus hanc explicationem; sed quum nihil aliud significet, quam *λαθραίαν ποιήσαντες* itaque ad subjectum solum referendum sit, fieri non potest, ut cum *ἐν ταῖς εὐναῖς ἔτι*, quod ad objectum pertinet, jungatur. Confirma-

tur autem nostra interpretatio alio loco, quem Kruegerus comparat, ubi similiter accusativus cum nominativo participii, quorum hic ad subjectum, ille ad objectum referendus est, junguntur III, 66, 2: οὐς χεῖρας προῖσχομένους καὶ ζωγρήσαντες ὑποσχόμενοι τε ἡμῖν μὴ κτενεῖν παρανόμως διεφθείρατε, πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε; —

Genetivi absoluti copulantur cum dativo participii hoc loco IV, 20, 3: Λακεδαιμονίοις ἔξεστιν ὑμῖν φίλους γενέσθαι βεβαίως, αὐτῶν τε προκαλεσαμένων, χαρισαμένοις τε μᾶλλον ἢ βιασαμένοις. Dativi participiorum pronomini ὑμῖν adjuncti duas alias causas ad eam, quae genetivis absolutis exprimitur, addunt, cur Athenienses nunc Lacedaemoniis amici fieri possint: quum et ipsi (Lacedaemonii) vos invitaverint et vos ipsis gratificaturi potius quam ipsos per vim compulsuri sitis.

Dativos participiorum cum genetivis absolutis junctos invenimus II, 25, 1: τῷ τείχει προσέβαλον ὄντι ἀσθενεῖ καὶ ἀνθρώπων οὐκ ἐνότων. Murum oppugnabant, quum et infirmus esset neque homines inessent. IV, 74, 1: τῷ μὲν Βρασίδα — οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρήs ὡς ἐπικρατήσαντι καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐκέτι ἐθελησάντων μάχεσθαι, ἀνοίγουσι τὰς πύλας.

Genetivi absoluti cum accusativo participii junguntur I, 9, 2: λέγουσι — βουλομένων καὶ τῶν Μυκηναίων φόβῳ τῶν Ἡρακλειδῶν καὶ ἅμα δυνατὸν δοκοῦντα εἶναι — τὴν βασιλείαν Ἀτρεά παραλαβεῖν. „Atreo regnum traditum esse dicitur, quum et Mycenaei vellent et simul potens ille esse videretur“. Ut igitur hoc loco genitivum absolutum accusativus participii sequitur, sic jam Dobraeus ad IV, 8, 6: ἐκπολιορκήσειν τὸ χωρίον — σίτου

τε οὐκ ἐνότιος καὶ δι' ὀλίγης παρασκευῆς κατελιημμένου
 ex usu Thucydideo diversos participiorum casus jungendi
 pro κατελιημμένου praeclarissime conjecit κατελιημμένον
 ad χωρίον referendum: expugnatos esse locum quum
 neque frumentum inesset et exiguo apparatu occupatus
 esset. Sed etiamsi retineamus κατελιημμένον, clarum
 est τοῦ χωρίου ex praecedente χωρίον supplendum esse;
 κατελιημμένον enim cum Bauero ad σίτου referri parti-
 cula τε post σίτου posita vetat, id quod Haackius, quum
 σίτου οὔτε ἐνότιος vel οὔτε ἐνότιος σίτου tum legendum
 esse animadvertat, bene annotavit.

Inverso ordine accusativos participiorum cum gen.
 abs. junctos videmus his exemplis, quae, quum eo si-
 militer constructa sint, quod accusativi ad objectum
 enuntiati referendi sunt et genetivi absoluti significatio-
 nem causalem habent, conferenda esse puto. III, 55, 1:
 πρὸς Ἀθηναίους ἐκελεύετε τραπέσθαι ὡς ἐγγὺς ὄντας,
 ὑμῶν δὲ μακρὰν ἀποικούντων. IV, 8, 3: ἐλπίζοντες ῥα-
 δίως αἰρήσειν οἰκοδόμημα διὰ ταχέων εἰργασμένον καὶ
 ἀνθρώπων ὀλίγων ἐνότιων. IV, 54, 3: ἀνέσιησαν οἱ
 Ἀθηναῖοι Κυθηρίους, Λακεδαιμονίους τε ὄντας καὶ ἐπὶ
 τῇ Λακωνικῇ τῆς νήσου οὕτω ἐπικειμένης. VI, 64, 2:
 τοὺς γὰρ ψιλὸς τοὺς σφῶν καὶ τὸν ὄχλον τῶν Συρα-
 κοσίων τοὺς ἰππέας πολλοὺς ὄντας, σφίσι δ' οὐ παρόν-
 των ἰππέων, βλάβειν ἂν μεγάλα. VII, 30, 2: ἀποκεί-
 νουσι τοὺς πλείστους οὔτε ἐπισιαμένους νεῖν, τῶν τε ἐν
 τοῖς πλοίοις ὀρμισάντων ἔξω τοξεύματος τὰ πλοῖα. VII,
 73, 2: τοὺς ἀνθρώπους ἄρτι ἀσμένους ἀπὸ ναυμαχίας
 τε μεγάλης ἀναπεπαυμένους καὶ ἅμα ἐορτῆς οὔσης —
 οὐ δοκεῖν ἂν ῥαδίως ἐθελῆσαι ὑπακοῦσαι. Tempus signi-

ficatur accusativo participii et genetivis absolutis I, 14, 3: Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς ἐπεισεν Αἰγινήταις πολεμοῦντας καὶ ἅμα τοῦ βαρβάρου προςδοκίμου ὄντος, τὰς ναῦς ποιήσασθαι. Atheniensibus Themistocles persuasit, ut naves aedificarent tum quum contra Aeginetas bellarent simulque barbari expectarentur.

Denique unum nobis exemplum occurrit, quo Dativus et Accusativus participii juncti sunt. VI, 24, 2: ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι· τοῖς μὲν γὰρ πρὸς βυτιέροις ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ' ἃ ἔπλεον, ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν, ubi σφαλεῖσαν absolute in accusativo pro genetivo absoluto positum esse Hermannus annotat¹⁾; καταστρεψομένοις autem ad praecedens πρὸς βυτιέροις referendum est. Vertit autem Hermannus loco laudato: Desiderium cepit omnes pariter abeundi, ac seniores quidem, tamquam vel ea, ad quae contenderent, in suam potestatem redacturos, vel exercitu, qui magnus erat, nullam cladem accepturo.

Postquam de his participiorum copulationibus disseruimus, iterum id de quo jam in prooemio breviter verba fecimus commoneamus necesse esse existimo, has copulationes, quamquam non apud Thucydidem solum exstent, tamen apud eum tam frequentes esse quam apud neminem alium scriptorem. Quantopere enim scriptor noster has copulationes adamaverit, exemplis, quibus aut casus aequales conjungere facile erat (cf. p. 12: IV, 83, 1; p. 13: VIII, 69, 1), aut particula copulativa plane omitti poterat (cf. p. 7: V, 34, 3; p. 8: II, 41, 2;

¹⁾ Ad Vig. p. 329.

p. 9: I, 2, 1; p. 11: I, 65, 1), aut sensus verborum aliam membrorum copulationem postulare videbatur (cf. p. 10: II, 28), clarissime confirmatur. Quamquam vero in hac parte nihil est, quod Thucydideae dictionis plane proprium cognoscatur, tamen, quum ex hac frequenti membrorum inaequalium copulatione austera compositio perspicui possit, nos ab opere nostro non aberraturos esse credebam, si has participiorum diversorum compositiones hic collegissem.

II. Venio ad alteram partem, quae quidem eadem nihil continebit, quod a communi Graecorum scriptorum dictione abhorreat, tamen, quum in ea disputaturi simus de copulatione quorundam verborum generum cum enuntiativis i. e. de copulationibus dissimilium orationis partium, in quibus ex definitione Dionysii austera compositio cernitur, ad opus nostrum pertinet. Eligit enim scriptor, aequae ac videbimus in parte, quam de oratione variata scripturi sumus, ubi enuntiatum aliquod constat e duobus membris arcte inter se cohaerentibus, non unam structuram, quae duobus his inservit, sed connexum diversarum constructionum praefere solet, ut ex locis quos afferam elucebit. Ac primum quidem de copulatione praepositionum cum casibus suis et enuntiationum disseram, ex quibus initium faciam ab enuntiativis causalibus, quorum copulatio cum praepositionibus casus suos regentibus, quae eadem causalem significationem habent, frequens est. Potuit autem scriptor utrumque membrum aut ex praepositione aut totum in unum membrum cogens ex conjunctione pendens facere.

Legimus igitur II, 27, 2: τοῖς Αἰγινήταις οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔδουσαν Θυρέαν οἰκεῖν κατὰ τε τὸ Ἀθηναίων διάφορον καὶ ὅτι σφίσιν εὐεργέται ἦσαν. Quae verba similiter répetita invenimus IV, 56, 4: Λακεδαιμόνιοι Αἰγινήταις Θυρέαν ἔδουσαν ἐνοικεῖν, διὰ τε τὰς γενομένας εὐεργεσίας καὶ ὅτι αἰεὶ πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην ἔστασαν.

II, 89, 3: πολὺ δὲ ὑμεῖς ἐκείνοις πλέω φόβον παρέχετε, κατὰ τε τὸ προνευικηκέναι καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἤγοῦνται μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παρὰ πολὺ πράξειν ἀντίστασθαι ὑμᾶς. III, 86, 2: ἐς Ἀθήνας πέμψαντες οἱ Λεοντῖνοι κατὰ τε παλαιὰν ξυμμαχίαν καὶ ὅτι Ἴωνες ἦσαν. VII, 56, 3: καὶ ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀγὼν κατὰ τε ταῦτα καὶ ὅτι οὐχὶ Ἀθηναίων μόνον περιεγίννοντο. IV, 108, 4: διὰ τὸ ἡδονὴν ἔχον — καὶ ὅτι Λακεδαιμονίων ὀργώντων ἐμελλον πειράσεσθαι, κινδυνεύειν παντὶ τρόπῳ ἐτοιμοὶ ἦσαν. VII, 58, 5: Συρακόσιοι αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο διὰ μέγεθός τε πόλεως καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν. — Denique ad pronomem ἄλλος, ἄλλο ex praepositione pendens enuntiationes causales adjunguntur V, 29, 3: τοὺς Λακεδαιμονίους δι' ὀργῆς εἶχον, ἐν ἄλλοις τε καὶ ὅτι ἐν ταῖς σπονδαῖς ταῖς Ἀττικαῖς ἐγγράπτο κ. τ. λ. VI, 15, 1: ἐνήγεν Ἀλκιβιάδης βουλόμενος τῷ Νικίᾳ ἐναντιοῦσθαι, ὧν καὶ ἐς τ' ἄλλα διάφορος καὶ ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη.

Adjunguntur enuntiationes finales IV, 70, 1: δείσας περὶ τε τοῖς ἐν τῇ Νισαίᾳ Πελοποννησίοις καὶ μὴ τὰ Μέγαρα ληφθῆναι. Scriptor praepositionem retinens pergere potuit περὶ τοῖς Μεγάροις. VII, 56, 1: οὐ περὶ τοῦ αὐτοῦ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο,

ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐκείνους κωλύσωσιν = περὶ τοῦ ἐκείνους κωλύειν. VI, 11 f.: οὐ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Ἑγεστιάων ἡμῶν ὁ ἀγὼν — ἀλλ' ὅπως πόλιν ὀξέως φυλαξώμεθα.

Adjunguntur enuntiationes per εἴ τις vel ἦν τις formatae. III, 21, 1: τὸ τεῖχος εἶχε δύο τοὺς περιβόλους πρὸς τε Πλαταιῶν καὶ εἴ τις ἔξωθεν ἀπ' Ἀθηνῶν ἐπίοι pro καὶ πρὸς Ἀθηνῶν εἴ τις ἐπίοι. VI, 69, 5: τὸ ὑπήκοον τῶν ξυμμαχῶν περὶ τῆς αὐτίκα ἀνεπίστου σωτηρίας — τὸ πρόθυμον εἶχον — καὶ εἴ τι ἄλλο ξυγκαταστρεψομένοις ῥᾶον αὐτοῖς ὑπακούσεται. II, 17, 1: ᾤκησαν — τὰ ἡρῶα πάντα πλὴν — τοῦ Ἐλευσινίου καὶ εἴ τι ἄλλο βεβαίως κλησιτὸν ἦν. VI, 41, 2: τὴν ἐπιμέλειαν ἡμεῖς ἔξομεν καὶ τῶν πρὸς τὰς πόλεις διαπομπῶν ἔς τε κατασκοπὴν καὶ ἦν τι ἄλλο φαίνεται ἐπιτήδειον pro καὶ ἔς ἄλλο τι ὃ ἂν φαίνεται. Inverso ordine enuntiatum conditionale junctum est cum praepositione casum suum regente V, 18, 10: εἴ τι ἀμνημονοῦσιν ὅποτεροιοῦν καὶ ὄτιον πέρι — εὐορκον εἶναι ταύτη μεταθεῖναι ὅπη ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις: si quid obliviscerentur et in qua re (obliviscerentur), ut liceret mutare, quomodo utrisque videretur.

Adjunguntur enuntiationes relativae ad praepositiones cum casibus. VI, 44, 2: προσβαλοῦσα ἢ πᾶσα παρασκευὴ πρὸς τε ἄκρον Ἰαπυγίαν καὶ πρὸς Τάραντα καὶ ὡς ἕκαστοι εὐπόρησαν i. e. ad Tarentum appelabant et alii alio, utut quisque potuit. IV, 36, 2: ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ὀρμήσας — κατὰ τὸ ἀεὶ παρεῖκον τοῦ κρημνώδους τῆς νήσου προβαίνων καὶ ἧ οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐφύλασσον. VII, 71, 5: οἱ πλεῖστοι περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ ὅπη σωθήσονται διεσκόπουν. VI, 89, 2: ὑπ' ἐμοῦ πρὸς

τε τὰ Ἀργείων τραπομένου καὶ ὅσα ἄλλα ἠναντιούμην ὑμῖν ἐβλάπτεσθε pro καὶ ἐν ἄλλοις ὑμῖν ἐναντιουμένου. Deinde V, 16, 3: νομίζων ἐκ τοῦ ἀκινδύνου τοῦτο συμβαίνει καὶ ὅστις ἐλάχιστα τύχη αὐτὸν παραδίδωσι post καὶ pronomine τούτῳ omissio enuntiatum relativum dativi vice fungens per καὶ ad ἐκ τοῦ ἀκινδύνου adjunctum est, quum par sit his verbis: τῷ ἐλάχιστα αὐτὸν τύχη παραδίδόντι.

Quae demonstrativi pronominis omissio nobis insolita videtur, Graecis non item. — Denique ad praepositionem cum casu per καὶ adjunctum est enuntiatum relativum, quod quodammodo fungitur vice ejus casus, quem praepositio regit III, 103, 1: οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι μετὰ τῶν Ἑλλήνων ξυμμάχων καὶ ὅσοι Σικελῶν ξυνεπολέμουν, ἐπ' Ἰνῆσαν προσέβαλον pro καὶ τῶν Σικελῶν ὅσοι κ. τ. λ. vel τῶν Σικελῶν τῶν ξυμπολεμούντων. VI, 61, 4: πέμπονσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἐπὶ τε ἐκεῖνον καὶ ὧν περί ἄλλων ἐμεμήνυτο pro καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους περί ὧν ἐμεμήνυτο. Sed de his copulationibus accuratius disserendi nunc occasio erit.

Casibus substantivorum enuntiatia adjunguntur.

Ac primum quidem de copulatione enuntiationum relativarum cum casibus loquar. Neque vero locos proferam, quibus pronomem relativum in eodem casu positum est atque casus praecedens, ad quem per particulam adjunctum est; sed de locis dicam, quibus copulatio enuntiativi relativi cum casu nobis videtur insolita, quod casus pronominis relativi a praecedente casu, ad quem pronomem referendum est, differt, demonstrativa autem, quae nobis supplenda sunt, a Graecis omittuntur.

Funduntur autem haec enuntiata relativa quodammodo in unam notionem coalescentia vice substantivorum, etiam tum quum in casibus obliquis posita sunt vel praepositionibus reguntur, atque junguntur cum substantivis praecedentibus ita, ut semper vicem ejus casus qui praecedit, praestent itaque aliam notionem ad eam, quae substantivo exprimitur, addant.

Nominativis igitur enuntiata relativa adjuncta invenimus III, 9, 2: οἱ τε ἀφιστάμενοι καὶ ἀφ' ὧν διακρίνοιντο ἴσοι τῇ γνώμῃ ὄντες κ. τ. λ. III, 93, 2: οἱ τε Θεσσαλοὶ ἐν δυνάμει ὄντες τῶν ταύτῃ χωρίων καὶ ὧν ἐπὶ τῇ γῆ ἐκίϋετο. Haec enuntiata relativa ex praepositionibus pendentia nominativorum vice funguntur omisso in utroque enuntiato post καὶ particulam „ἐκεῖνοι“. Par exemplum, quo enuntiatum relativum vice nominativi fungitur, occurrit III, 111, 1: οἱ Μαντινῆς καὶ οἷς ἐσπείστο — ὑπαπήεσαν. IV, 113, 1: οἱ δὲ πράσσοντες καὶ οἷς ταῦτα ἤρεσκε μετὰ τῶν εἰσελθόντων εὐθὺς ἦσαν.

Genetivis enuntiata relativa adjunguntur III, 11, 3: ἐχόντων ἔτι τῶν πάντων αὐτῶν τε ἰσχὴν καὶ πρὸς οὐτὴν στῆναι = τῶν ξυμμάχων. II, 41, 2: προςδεόμενοι οὔτε Ὀμήρου ἐπαινέτου οὔτε ὅστις ἔπεισι τὸ ἀντίκα τέρψει = οὔτ' ἄλλου τινος ἔπεισι τὸ ἀντίκα τέρποντος. IV, 74, 3: ἐξελέξαντο τῶν τε ἐχθρῶν καὶ οἱ ἐδόκουν μάλιστα ξυμπρᾶξαι τὰ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἄνδρας ὡς ἑκατόν = τῶν τε ἐχθρῶν καὶ τῶν δοκούντων. VI, 76, 3: ἡγεμόνες γενόμενοι ἐκόντων τῶν τε Ἰώνων καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι = καὶ πάντων ξυμμάχων.

Cum dativis enuntiata relativa junguntur. III, 68, 2: τὴν πόλιν Θηβαῖοι Μεγαρέων ἀνδράσι — καὶ ὅσοι Πλα-

ταιῶν περιῆσαν, ἔδοσαν ἐνοικεῖν = καὶ τοῖς περιοῦσι Πλαταιεῦσιν. I, 40, 2: οὐ τοῖς ἐπὶ βλάβῃ ἐτέρων ἰοῦσιν ἢ ξυνθήκη ἐστίν, ἀλλ' ὅστις μὴ ἄλλον αὐτὸν ἀποστερῶν ἀσφαλείας δεῖται = ἀλλὰ τῷ ἀσφαλείας δεομένῳ. Deinde I, 50, 4: οἱ δὲ ταῖς πλωτμοῖς καὶ ὅσαι ἦσαν λοιπαὶ — ἀντέπλεον = ταῖς λοιπαῖς. Sed videtur particula cum Reiskio delenda esse, quum, quo pacto a navibus πλωτμοῖς discernendae sint λοιπαί, plane non appareat; neque explicationes ab interpretibus prolatae apud Poppo- nem ad hunc locum particulam retinendam esse probare mihi videntur. III, 109, 2: σπένδονται τοῖς ἄλλοις ἄρχουσι τῶν Πελοποννησίων καὶ ὅσοι αὐτῶν ἦσαν ἀξιολογώτατοι, ἀποχωρεῖν = τοῖς ἀξιολογωτάτοις αὐτῶν. VI, 30, 1: τοῖς πλοίοις καὶ ὅση ἄλλη παρασκευὴ ξυνείπεται, εἴρητο ξυλλέγεσθαι = τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ τῇ ξυνεπομένῃ.

Ad accusativos adjunguntur enuntiata relativa. I, 7 f.: ἔφερον ἀλλήλους τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι — κάτω ὄκουν. Enuntiatum relativum, quamquam in nominativo positum est, alterum objectum ad ἔφερον addit = τοὺς ἄλλους τοὺς κάτω οἰκοῦντας. VII, 23, 4: ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν καὶ ὑφ' ὧν τὸ πρῶτον ἐνικῶντο = τοὺς ἑαυτοὺς τὸ πρῶτον νικήσαντας. Deinde enuntiato relativo ad accusativum alterum objectum additur III, 2, 1: τῶν νεῶν ποίησιν ἐπέμενον τελεσθῆναι καὶ ὅσα ἐκ τοῦ Πόντου εἶδει ἀφικέσθαι. VI, 57, 2 enuntiatum relativum, cujus pronomen ex praepositione pendet, objectum alterum ad praecedentem casum addit: τὸν λυπήσαντα οὖν σαῶς καὶ δι' ὄνπερ πάντα ἐκινδύνεον, ἐβούλοντο πρότερον προτιμωρήσεσθαι. Denique affero VI, 65, 3: ἀναλαβόντες τό τε στρατεύμα ἅπαν τὸ ἑαυτῶν καὶ ὅσοι Σικελῶν

αὐτοῖς ἢ ἄλλος τις παρεληλύθει = καὶ τοὺς Σικελοὺς — τοὺς παρεληλυθότας, et VI, 67, 3: ἔταξαν τοὺς μὲν ὀπλίτας — καὶ ὅσοι ξύμμαχοι παρῆσαν = καὶ τοὺς παρόντας ξυμμάχους.

Deinde casibus saepissime enuntiata per εἷ τις vel ἦν τις formata adjunguntur, quae nihil nisi casuum vice funguntur. Quas tam frequentes copulationes aequae ac antea prolatae, in quibus pro altero casu ad alterum adjungendo haec enuntiata casuum vice fungentia cum priori casu conjuncta invenimus, in numero Graecismorum habendas esse constat. Attamen hos locos conferre mihi liceat, ne officio meo desim.

Nominativo igitur enuntiatum per εἷ τις formatum adjunctum est VI, 30, 2: αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ εἷ τινες τῶν ξυμμάχων παρῆσαν — ἐπλήρουν τὰς ναῦς = τῶν ξυμμάχων οἱ παρόντες. V, 109: τὸ δ' ἐχυρόν γε τοῖς ξυναγωνιουμένοις οὐ τὸ εὖνον τῶν ἐπικαλεσαμένων φαίνεται, ἀλλ' ἦν τῶν ἔργων τις δυνάμει πολὺ προὔχη = ἀλλὰ τὸ τῶν ἔργων δυνάμει πολὺ προέχειν.

Genetivis enuntiata hujus generis adjuncta sunt VI, 32, 2: ξυνεπεύχοντο καὶ ὁ ἄλλος ὄμιλος τῶν τε πολιτῶν καὶ εἷ τις ἄλλος εὖνους παρῆν σφίσιν = καὶ τῶν ἄλλων παρόντων τῶν σφίσιν εὖνων. V, 18, 8: Σκιωναίων καὶ Τορωναίων καὶ Σερμυλίων καὶ εἷ τινὰ ἄλλην πόλιν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι, Ἀθηναίους βουλευέσθαι περὶ αὐτῶν = καὶ τῶν πόλεων ἄς κ. τ. λ. VI, 22, 1: Ὀπλίτας οὖν πολλοὺς μοι δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς ἄγειν — τῶν τε ὑπηκόων καὶ ἦν τινὰ ἐκ Πελοποννήσου δυνώμεθα ἢ πείσαι ἢ μισθῶ προσαγαγέσθαι = καὶ τούτων οὓς ἂν δυνώμεθα κ. τ. λ. VI, 25, 3: τὴν δὲ ἄλλην παρασκευὴν —

καὶ τοξοτῶν καὶ σφενδονητῶν καὶ ἦν τι ἄλλο πρόπον δοκῆ εἶναι ἐτοιμασάμενοι ἄξειν = τοῦ ἄλλου ὃ ἂν δοκῆ κ. τ. λ. I, 67, 2: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι προσπαρακαλέσαντες τῶν ξυμμάχων καὶ εἴ τις τι ἄλλο ἔφη ἡδικῆσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων = καὶ τῶν λεγόντων ἡδικῆσθαι κ. τ. λ.

Dativis haec enuntiata adjuncta invenimus his locis IV, 69, 3: ξυνέβησαν τῷ τε ἄρχοντι καὶ εἴ τις ἄλλος ἐνῆν, χρῆσθαι Ἀθηναίους ὅτι ἂν βούλωνται = καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐνοῦσιν. V, 80, 1: καὶ ὅποσα ἀλλήλων πολέμῳ ἢ εἴ τι ἄλλο εἶχον, διελεύσαντο, ubi dativo πολέμῳ sensu congruens adverbium ἄλλως expectemus.

Denique accusativis enuntiata per εἴ τις formata adjunguntur. II, 75, 2: ἐφόρουν — λίθους καὶ γῆν καὶ εἴ τι ἄλλο ἀνύτειν μέλλοι ἐπιβαλλόμενον = καὶ ἄλλο ὃ μέλλοι. III, 35: ὁ Πάχης ἀποπέμπει καὶ τοὺς Μιτυληναίων ἄνδρας καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτῷ αἰτίος ἔδοκει εἶναι = καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς αὐτῷ δοκοῦντας αἰτίους εἶναι. V, 3, 3: Πελοποννησίους καὶ εἴ τις ἄλλος Χαλκιδῶν ἦν — ἀπέπεμψαν. V, 18, 7: τοὺς πολιορκουμένους Πελοποννησίων ἀφεῖναι — καὶ εἴ τις τῶν ξυμμάχων τῶν Λακεδαιμονίων ἐν Ἀθήναις ἐστίν = καὶ τοὺς τῶν Λακ. ξυμμάχους τοὺς ἐν Ἀθήναις ὄντας. V, 35, 4: τοὺς ἐπὶ Θράκης στρατιώτας ἀπαγαγεῖν καὶ εἴ του ἄλλου ἐγκρατεῖς ἦσαν = καὶ τοὺς ἄλλους ὧν ἐγκρατεῖς ἦσαν. VII, 18, 3: ἐνεθυμοῦντο τὴν τε περὶ Πύλον ξυμφορὰν καὶ εἴ τις ἄλλη αὐτοῖς γένοιτο = καὶ ἄλλας αἰ κ. τ. λ. VIII, 63, 3: ἐσφέρειν προθύμως χρήματα καὶ ἦν τι ἄλλο δέη = καὶ τὰ ἄλλα τὰ δέοντα.

Diversi generis enuntiata casibus adjuncta nunc afferre liceat, quum propter paucitatem eorum fieri non

possit, ut singula in singularum partium ordines digerantur.

Nominativo igitur enuntiatio causalis adjuncta est, quae eadem non mutata constructione in nominativo poni potuit VII, 14, 1: *τούτων δε πάντων ἀπορώτατον τό τε μὴ οἴοντε εἶναι ταῦτα ἐμοὶ κωλύσαι καὶ ὅτι οὐδ' ὀπόθεν ἐπιπληρωσόμεθα τὰς ναῦς ἔχομεν = καὶ τὸ μὴδ' ἔχειν ὀπόθεν κ. τ. λ.*

Genetivis adjuncta invenimus haec enuntiata V, 45, 3: *βουλόμενος αὐτοὺς Νικίου τε ἀποσιῆσαι ταῦτα ἔπρατιεν καὶ ὅπως ἐν τῷ δήμῳ διαβαλὼν αὐτοὺς — τοὺς Ἀργείους — ξυμμάχους ποιήσῃ. Velimus participium βουλόμενος cum pendente accusativo c. inf. enuntiato ὅπως — ποιήσῃ opponi: „quum vellet et ut eos socios faceret, hoc fecit“. Sed quum in enuntiato βουλόμενος — ἀποσιῆσαι non βουλόμενος, sed τὸ Νικίου αὐτοὺς ἀποσιῆσαι notio primaria sit, non minus recte τε particula post Νικίου posita, hoc verbum opponi potuit enuntiato, quum sententia haec sit: haec fecit ut eos a Nicia abstraheret et Argivos socios faceret. Similiter genetivo enuntiatum per ὅτι formatum est adjunctum VI, 1, 1: *Ἀθηναῖοι ἐβούλοντο — Σικελίαν καταστρέψασθαι, ἄπειροι οἱ πολλοὶ ὄντες τοῦ μεγέθους τῆς νήσου καὶ τῶν ἐνοικούντων τοῦ πλήθους καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων καὶ ὅτι οὐ πολλῷ τινι ὑποδεέστερον πόλεμον ἀνηροῦντο κ. τ. λ. VI, 60, 1: ξυνῆλθον οἱ ταξίαρχοι πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν τῶν τε ἄλλων καὶ ὅτι τὰ ἐπιτήδεια οὔτε — εἶχον κ. τ. λ. = καὶ τῶν ἐπιτηδείων.**

Dativis enuntiata adjunguntur VI, 2, 6: *Πάνορμον ἐνέμοντο, ξυμμαχία τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων καὶ ὅτι*

ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδῶν Σικελίας ἀπέχει = καὶ τῇ Καρχηδόνι τῇ ἐλάχιστον πλοῦν Σικελίας ἀπεχούση. VI, 31, 6: ὁ στόλος οὐχ ἤσσον τόλμης τε θάμβει καὶ ὄψεως λαμπρότητι περιβόητος ἐγένετο ἢ στρατιᾶς πρὸς οὓς ἐπήεσαν ὑπερβολῇ καὶ ὅτι μέγιστος ἤδη διάπλους ἀπὸ τῆς οἰκείας — ἐπεχειρήθη. II, 79, 4: οἱ ψιλοί, θαρσῆσαντες τοῖς τε προσγιγνομένοις καὶ ὅτι πρότερον οὐχ ἤσσωντο, ἐπιτίθενται. IV, 126, 1: ἔκπληξιν ἔχειν τῷ τε μεμονῶσθαι καὶ ὅτι βάρβαροι οἱ ἐπιόντες καὶ πολλοί (εἶσαν). Denique VII, 4, 6 cum dativo enuntiatum iterativum conjunctum est: τῷ τε γὰρ ὕδατι σπανίῳ χρώμενοι καὶ οὐκ ἐγγύθεν, καὶ ἐπὶ φρυγανισμόν ἄμα ὁπότε ἐξέλθοιεν οἱ ναῦται, ὑπὸ τῶν ἰππέων διεφθείροντο. Quum καὶ οὐκ ἐγγύθεν ad χρώμενοι τῷ — ὕδατι referendum esse existimem (quia aqua rara eaque non e vicinia utebantur) non solum διεφθείροντο, sed etiam ὑπὸ τῶν ἰππέων διεφθείροντο cum τῷ τε — ἐγγύθεν conjungi potest; nam verbis καὶ οὐκ ἐγγύθεν quodammodo expressa est necessitas exeundi, id quod altero membro clare exprimitur verbis ὁπότε ἐξέλθοιεν. Itaque, quamquam verbis τῷ τε — ἐγγύθεν causa, cur perierint (propter aquam raram) afferri videtur, tamen hoc membrum proprie nihil aliud dicit nisi „ἐξιόντες ἐφ’ ὕδατος οὐκ ἐγγύθεν ὄν, ut Arnoldus explicavit, cujus ad interpretationem, antequam legerem, delapsus sum.

Denique accusativis enuntiatia adjunguntur I, 132, 2: τά τε ἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν — καὶ ὅτι ἐπὶ τὸν τριποδά ποτε τὸν ἐν Δελφοῖς — ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι. VII, 31, 2: ἀγγέλλει τά τε ἄλλα καὶ ὅτι πύθοιτο τὸ Πλημμύριον ἐαλωκός. VII, 49, 1: ὁ Νικίας — αἰσθό-

μενος — τὴν τῶν χρημάτων ἀπορίαν καὶ ὅτι ἦν αὐτόθι τὸ βουλούμενον τοῖς Ἀθηναίοις γίνεσθαι τὰ πράγματα κ. τ. λ. V, 83, 4: Περδίκκα ἐπικαλοῦντες τὴν τε πρὸς Ἀργείους — γενομένην ξυνωμοσίαν καὶ ὅτι — ἔψευστο τὴν ξυμμαχίαν. V, 61 f.: οἱ Ὀρχομένιοι δείσαντες τὴν τε τοῦ τείχους ἀσθένειαν καὶ τοῦ στρατοῦ τὸ πλήθος καὶ — μὴ προαπόλωνται, ξυνέβησαν κ. τ. λ. VI, 63, 3: ἐφύβριζον ἄλλα τε καὶ εἰ ξυνοικήσοντες σφίσιν αὐτοῖς ἤκοιεν. Denique V, 58, 1: Ἀργεῖοι προαισθόμενοι τὸ τε πρῶτον τὴν παρασκευὴν τῶν Λακεδαιμονίων καὶ ἐπειδὴ ἐς τὸν Φλιοῦντα ἐχώρουν — τότε δὴ καὶ αὐτοὶ ἐξεστράτευσαν scriptor ἐπειδὴ — ἐχώρουν ad accusativum adjunxit, quum nihil aliud exprimere videatur nisi τὴν ἐς τὸν Φλιοῦντα — ἄφιξιν pendens ex προαισθόμενοι. — Haec igitur de copulatione casuum cum enuntiatis habui quae dicerem.

Participiis adjunguntur enuntiata. Ac primum quidem I, 54, 4 legimus: ἀνελόμενοι τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ναύαγια καὶ νεκρούς καὶ ὅτι αὐτοῖς — ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι — διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔστησαν. A participio significationem causalem habente scriptor transit ad enuntiatum causale. Scribere potuit omnia in unum enuntiatum cogens ὅτι ἀνείλοντο — καὶ αὐτοῖς ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι. Deinde I, 73, 1: παρήλθομεν οὐ τοῖς ἐγκλήμασιν ἀντεροῦντες — ἀλλ' ὅπως μὴ ῥαδίως περὶ μεγάλων πραγμάτων — χεῖρον βουλευέσθητε concinnius haec fere expectem ἀλλὰ μὴ ῥαδίως ὑμᾶς — χεῖρον βουλευέσθαι κωλύσοντες; sed similem copulationem paullo infra afferemus. Quibus in enuntiatis et participium et enuntiatum adjunctum easdem significationes, in altero causalem, in

altero finalem, habere, animadvertimus; sed nunc duos locos afferam, quibus enuntiatum ad participium adjunctum ab hoc cogitationis diversitate distat V, 55, 3: Ἀθηναῖοι πυθόμενοι τοὺς Λακεδαιμονίους ἐξεστρατεῦσθαι καὶ ὡς οὐδὲν ἔτι αὐτῶν ἔδει, ἀπῆλθον. „Athenienses postquam Lacedaemonios profectos esse audierunt et quum ipsis jam non opus esset, abierunt“; ubi post particulam καὶ aliud participium veluti ὁρῶντες inserere erat concinnius. Similis copulatio est IV, 73, 5: χρόνον ἐπισχόντες καὶ ὡς οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων ἐπεχειρεῖτο, ἀπῆλθον οἱ Ἀθηναῖοι; cum Kistemakero enim καὶ particulam retinendam esse existimo, quod ἐπισχόντες idem sit atque ὡς ἐπέσχον: „Postquam paullisper manserunt et a neutra parte impetus factus est, abierunt.

Inverso ordine ad enuntiatum participium adjungitur IV, 86, 1, ubi enuntiatum finale cum participio futuri copulatur: παρελήλυθα — οὐχ ἵνα ξυμμάχους ὑμᾶς ἔχωμεν — ἀλλ' ὑμῖν — ξυμμαχήσοντες. cf. paullo ante I, 73, 1. III, 48 f. enuntiatum relativum participio adjunctum invenimus: ὅστις εὖ βουλευέται πρὸς τοὺς ἐναντίους κρείσσων ἐστὶν ἢ μετ' ἔργων ἰσχύος ἀνοία ἐπιών. Ubi, quum ὅστις εὖ βουλευέται idem sit atque ὁ εὖ βουλευόμενος, post ἢ cum Kruegero articulum expectem. Similis copulationis exemplum occurrit I, 22, 2: ἡξίωσα γράφειν οὐδ' ὡς ἐμοὶ ἐδόκει, ἀλλ' οἷς τε αὐτὸς παρῆν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων — ἐπεξεληθών· pro ἐπεξεληθών expectemus ἀ ἐπεξῆλθον; „non fas esse ducebam scribere, sicuti mihi videbatur, sed eas res, ad quas ipse aderam et quas ab aliis — investigassem. — IV, 120, 2 scriptor ad enuntiationem finalem participium, quod significatio-

nem causalem habet, adjungit, quum facile utrumque membrum ex conjunctione finali pendens fieri possit: ὁ Βρασίδης διέπλευσε νυκτὸς ἐς τὴν Σκιώνην, τριήρει μὲν φιλία προπλευούσῃ, αὐτὸς δὲ ἐν κελητίῳ ἄποθεν ἐφεπόμενος, ὅπως, εἰ μὲν τινι τοῦ κέλητος μείζονι πλοίῳ περιτυγχάνοι, ἢ τριήρης ἀμύνοι αὐτῷ, ἀντιπάλου δὲ ἄλλης τριήρους ἐπιγενομένης οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψεσθαι ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν. „Brasidas navigabat noctu Scionem triremem amicam praevehentem ipse in navicula procul secutus, ut, si navigio majori occurreret, triremis ipsi auxilio veniret et quum putaret, si alia par triremis occurrisset, non ad minorem eam se conversuram esse“. Potuit scribere: ὅπως — αὐτῷ, ἀντιπαλος δὲ ἄλλη τριήρης, εἰ ἐπιγένοιτο, μὴ πρὸς τὸ ἔλασσον τρέποιτο ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν. — Denique duos locos affero, quibus ab enuntiatis per ὅτι et ὡς formatis ad participia transitur. Est autem in his locis animadvertenda transpositio τε particulae. Quamquam enim proprie opponendae sunt enuntiationes per ὅτι et ὡς formatae sequentibus participiis, tamen tantum abest, ut particula τε post has conjunctiones ponatur, ut aliis verbis adjungatur: I, 1, 1: τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν — καὶ ὁρῶν τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ξυνιστάμενον pro καὶ ἑώρα. Ut igitur hoc loco scriptor τε post ὅτι ponere evitabat, ita, quod IV, 116, 1 post ὡς hanc particulam non posuit, etiam minus mirum mihi videtur esse, quod cum ὥστε particula confundi potest: ὁ Βρασίδης ὡς ἦσθετο αὐτοὺς ἀπολείποντάς τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὸ γιγνόμενον ὁρῶν. Iterum pro participio Thucydides ἑώρα scribere potuit pergens ea quam inchoaverat constructione.

Genetivis absolutis enuntiatum adjungitur III, 69, 2: *ἐβούλοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς τὴν Κέρκυραν πλεῦσαι — δώδεκα μὲν ναυσὶ μόναίς παρόντων Ἀθηναίων περὶ Ναύπακτον, πρὶν δὲ πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηναίων ναυτικόν, ὅπως προφθάσωσιν.* Expectemus ut legatur: *δώδεκα μὲν — περὶ Ναύπακτον, ὅπως δὲ — πρὶν — ναυτικόν — προφθάσωσιν*, ut genetivi absoluti enuntiationi finali oppositi sint. Sed fortasse, quod Thucydides post *ναυτικόν* enuntiatum finem facturum esse videbatur, quoniam etiam tum sensus integer esset: „Lacedaemonii Corcyram navigaturi erant et quod cum duodecim dumtaxat navibus Athenienses apud Naupaclum essent et antequam major aliqua classis Athenis subsidio venisset“, quum adderet „*ὅπως προφθάσωσιν*“ haec verborum collocatio effecta est. Quum vero hoc enuntiatum finale adderet, cui, si sensum respicimus, verba *πρὶν — ναυτικόν* subjicienda sunt, forma quidem genetivis absolutis oppositum est *πρὶν — ναυτικόν*, sensu vero enuntiatum finale.

Inverso ordine ab enuntiato ad genetivos absolutos significationem causalem habentes, transitus est VII, 18, 1: *παρεσκευάζοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὥσπερ τε προεδέδοκτο αὐτοῖς καὶ τῶν Συρακοσίων καὶ Κορινθίων ἐναγόντων.* „Lacedaemonii separabant, ut et ipsis jam antea placuerat et quod Syracusani et Corinthii impellebant“. Procedere debebat oratio sic fere: *καὶ τοῖς Συρακοσίοις καὶ Κορινθίοις ἐνάγουσι βουλομένοις ἦν.* Postquam hac in parte de copulationibus disseruimus, quae, quamquam in singulis exemplis nonnulla Thucydidis propria invenias veluti p. 27: VII, 4, 6; p. 29: IV, 120, 2; p. 31:

III, 69, 2; VII, 18, 1; tamen ex aliis scriptoribus facile conferri possint, ad partem tertiam transimus, quae erit de oratione variata. Possunt quidem copulationes, quos in altera parte collegimus, eadem variationis appellari (est enim varietas orationis nihil aliud quam copulatio dissimilium orationis partium), has ipsas tamen copulationes, de quibus nunc disputaturi sumus, nomine orationis variatae vocare liceat, quod in hoc variandi genere Thucydides a ceteris scriptoribus, ut in prooemio exposuimus, differt. Itaque, quum priores partes, si totum respicimus, nihil contineant, quod ab Atticorum scriptorum dictione abhorreat,

III. hac in parte genus variandi Thucydideum, quatenus a ceteris scriptoribus differat, illustrabimus. Quum enim ceteri scriptores nisi studio ducti ornandae orationis variationesmittere non soleant, Thucydides ab amore compositionis inornatae et inaequalis has copulationes concinnitati structurarum praeferre videtur, ut, quum frequentissime occurrant, jam a vetere scriptore quodam *ποικιλώτατος* sit appellatus. Quae praefati pergamus exempla conferre. Initium igitur faciam a praepositionibus, quas cum casibus suis junctas scriptor noster cum aliis verborum generibus nectere solet. Frequentissimus autem transitus est a praepositionibus cum casibus suis ad participia, de quo usu nunc agam. Ac primum quidem a praepositionibus *μετά* sive *ξύν* cum casibus suis junctis nonnunquam ad participia transit, quamquam pro participio facile praepositionem retinere potuit I, 26, 3: *στρατεύουσιν οἱ Κερκυραῖοι μετά τῶν φυγάδων καὶ Ἰλλυριοὺς προσλαβόντες*, pro *μετά τῶν Ἰλλυ-*

ριῶν. Plane eodem modo struxit Thucydides VI, 101, 5: ὁ Λάμαχος παρεβόηθει — μετὰ τοξοτῶν τε οὐ πολλῶν καὶ τοὺς Ἀργείους παραλαβών. Similis transitus est I, 70, 2: ξυνέβησαν ἐξελθεῖν αὐτοὺς — ξὺν ἐνὶ ἱματίῳ, γυναικῆς δὲ ξὺν δυοῖν, καὶ ἀργυρίον τι ῥητὸν ἔχοντας ἐφόδιον. — I, 52, 2 a praepositione cum casu transit scriptor ad participium, quod ex verbo regente pendens fecit: ὀρώντες — σφίσιν πολλὰ τὰ ἄπορα ξυμβεβηκότα αἰχμαλώτων τε περὶ φυλακῆς — καὶ ἐπισκευὴν οὐκ οὔσαν τῶν νεῶν. Etiam hoc loco structuram inchoatam retinens scribere potuit καὶ περὶ τῆς τῶν νεῶν ἐπισκευῆς. — Objecto enuntiatum participium, quod praepositionem cum casu sequitur, appositivum est IV, 26, 3: ἀθυμίαν παρεῖχεν ὁ χρόνος ἐπιγιγνόμενος οὓς ἦοντο ἡμερῶν ὀλίγων ἐκπολιορκήσειν, ἐν νήσῳ τε ἐρήμῃ καὶ ὕδατι ἀλμυρῷ χρωμένους, ubi, quod Athenienses putaverint Lacedaemonios se paucis diebus capere, Thucydides duas causas, affert alteram verbis ἐν νήσῳ τε ἐρήμῃ (prope enim accedit hic ἐν praepositio ad significationem causalem ut saepe¹⁾), alteram participio cum casu χρωμένους ὕδατι ἀλμυρῷ. Quo cum loco conferri potest VII, 27, 4: οἱ μὲν ἀπεχωλοῦντο ἐν γῆ ἀποκρότῳ τε καὶ ξυνεχῶς ταλαιπωροῦντες, si quidem ἐν γῆ ἀποκρότῳ et ξυνεχῶς ταλαιπωροῦντες inter se opposita esse existimamus, id quod praestare mihi videtur interpretationi Kruegeri, qui ἐν γῆ ἀποκρότῳ et ξυνεχῶς jungens ad ταλαιπωροῦντες referri vult. Recte Dukerum verba interpretari existimo: „ἐν γῆ ἀποκρότῳ τε καὶ ξυνεχεῖ ταλαιπωρία“. Accipit

¹⁾ Herm. ad Vig. p. 610.

igitur praepositio *ἐν*, ut in priore exemplo causalem significationem; vertendum enim est: claudicabant propter terram lapidosam et propter perpetuas molestias; Kruegerum sequentibus vertendum est: claudicabant quod in terra lapidosa et perpetuo molestias patientes erant. Neque multum ab his locis abhorret VI, 37, 3: *μόλις ἄν μοι δοκοῦσιν — οὐκ ἄν παντάπασι διαφθαρήναι, ἣ πού γε δὴ ἐν πάσῃ πολεμίᾳ Σικελίᾳ — στρατοπέδω τε ἐκ νεῶν ἰδρυθέντι καὶ ἐκ σκηνιδίων καὶ ἀναγκαίας παρασκευῆς οὐκ ἐπὶ πολὺ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἱππέων ἐξιόντες*. Quum ad *στρατοπέδω* ex praecedente *ἐν Σικελίᾳ* praepositio *ἐν* repetenda sit, rursus transitum habemus a praepositione *ἐν* cum casu ad participium *ἐξιόντες*. Neque enim Didoti explicationem, quam Poppo sequitur, probo, qui *ἣ πού γε δὴ — παρασκευῆς* cum *διαφθαρήναι* jungit, ut *καὶ ἐκ σκηνιδίων* non ad *ἐξιόντες* referatur, sed continuet *ἐκ νεῶν*, „ne Athenagoras eosdem, qui modo in navibus castra habere dicti sint, ex tentoriis proficisci affirmare videatur“. Sed hoc non vetat *ἐκ σκηνιδίων* cum *ἐξιόντες* jungi; nihil enim verba inter se hac de causa discrepant. Teutoria enim Athenienses ad litus habuisse, etiamsi *ἐκ σκηνιδίων* continuare *ἐκ νεῶν* putemus, clare scripsit Thucydides; affert autem Athenagoras duas causas, cur Athenienses perire necesse sit, alteram quod castris navalibus utantur, alteram quod ex tentoriolis et necessario apparatu non procul propter equites progredi possint. Contemnit igitur primum omnino castra navalia, deinde eos apparatus, quos ad ripam paraverint, contemptim deminutivo *σκηνιδιον* usus. Denique ex eo, quod *ἐκ* ante *σκηνιδίων* repetatur, sequi, ut

ἐκ σκηνιδίων cum ἐξιόντες jungatur, Kruegerus recte monet. — Deinde conferri possunt inter se hi loci, quibus a praepositionibus causam significantibus scriptor transit ad participium, quod alteram causam addit VIII, 65, 2: καὶ γὰρ Ἀνδροκλέα τινά — ἀποκτείνουσιν — τῆς τε δημαγωγίας ἔνεκα καὶ οἰόμενοι τῷ Ἀλκιβιάδῃ χαριεῖσθαι. IV, 24 f.: διὰ στενότητα δὲ καὶ ἐκ μεγάλων πελαγῶν ἐσπίπτουσα ἢ θάλασσα ἐς αὐτὸ καὶ ῥοώδης οὔσα εἰκότως χαλεπὴ ἐνομίσθη. VI, 57, 3: δι' ὀργῆς ὁ μὲν ἔρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος ἔτυπτον καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτὸν. II, 65, 5: αὐτὸς ἦγε διὰ τὸ μὴ — πρὸς ἡδονήν τι λέγειν, ἀλλ' ἔχων ἐπ' ἀξιώσει καὶ πρὸς ὀργήν τι ἀντιπεῖν. Ab his locis differt III, 25, 2, quod a praepositione causam significante ad participium futuri finalem significationem continens transit: ἔλεγε — προαποπεμφθῆναι τούτων ἔνεκα καὶ ἅμα τῶν ἄλλων ἐπιμελησόμενος. Ad locum II, 37, 1: οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανεῖα κεκώλυται: „neque propter paupertatem, si quid boni facere possit reipublicae, obscuritate generis prohibetur“, jam Stanlejus annotavit Thucydidem ἔχων δέ τι κ. τ. λ. scribentem perrexisse, quasi pro κατὰ πενίαν scripsisset πένης μὲν ὢν. Recte hoc ille. κατὰ πενίαν autem scribens particulam δέ etiam omittere potuit. Denique hos tres locos propter similem constructionis formam comparandos esse censeo VII, 8, 2: φοβούμενος μὴ οἱ πεμπόμενοι ἢ κατὰ τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν ἢ καὶ μνήμης ἑλλειπεῖς γιγνόμενοι — οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγέλλωσιν — ἔγραψεν ἐπιστολήν. VII, 70, 4: αἱ προσβολαί, ὡς τύχοι ναῦς νηὶ προσπεσοῦσα ἢ διὰ τὸ φεύγειν ἢ ἄλλη ἐπιπλέουσα, πυκ-

νότιοι ἦσαν. *Concursus*, quum navis navi forte incidet, aut quod fugiebat aut contra aliam navigabat, saepius fieri solebant VI, 17, 2: *ἐκαστος ἢ ἐκ τοῦ λέγων πείθειν ἢ στασιάζων οἶεται ἄλλην γῆν οἰκίσειν*. Unusquisque aut verbis persuadens aut seditionem commovens aliam terram se habitaturum esse existimat.

Inverso ordine a participio ad praepositionem transit scriptor V, 9, 3: *ὅσους τὰς τουαύτας ἀμαρτίας τῶν ἐναντίων κάλλισια ἰδὼν καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται*. Ubi concinnius pro praepositione alterum participium veluti *σκοπῶν*, scriptor ponere potuit.

Plane ejusdem generis transitus habemus a praepositionibus cum casibus suis ad genetivos absolutos. Legimus I, 102, 3: *οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἔγνωσαν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίονι λόγῳ ἀποπεμπόμενοι, ἀλλὰ τινος ὑπόπτου γενομένου*. Facile praepositione retenta scribi potuit *ἐπὶ τινὶ ὑπόπτῳ*. Cujus Thucydidei usus gnari falso VII, 28, 4, ubi praepositionem cum casu genetivi absoluti sequuntur, hos ex illa pendere interpretaremur: *ὑπὸ τε τῆς Δεκελείας πολλὰ βλαπτούσης καὶ τῶν ἀναλωμάτων μεγάλων προσπιπτόντων, ἀδύνατοι ἐγένοντο τοῖς χρήμασιν*. Deinde V, 60, 1 afferro: *οἱ μὲν ταῦτα ἀφ' ἐναντιῶν καὶ οὐ τοῦ πλήθους κελεύσαντος εἶπον* et IV, 44, 2: *ἡ δ' ἄλλη στρατιά — οὐ κατὰ δίωξιν πολλὴν, οὐδὲ ταχείας φυγῆς γενομένης ἐπεὶ ἐβιάσθη — ἐπαναχωρήσασα πρὸς τὰ μετέωρα ἰδρούθη*. Utroque loco variatio evitari potuit praepositione retenta. IV, 100, 1: *μεταπεμφόμενοι ἐκ τε τοῦ Μηλιέως κόλπου ἀκοντισιάς — καὶ βεβοηθηκότων αὐτοῖς Κορινθίων* non *ἐκ τῆς Κορίνθου ὀπλίτας* scribere, sed

variare orationem maluit. VI, 49, 2 codices exhibent: *εἰκὸς δ' εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς πολλοὺς ἀποληφθῆναι — καὶ ἐσκομιζομένων αὐτῶν τὴν στρατιάν οὐκ ἀπορήσειν χρημάτων, ἣν πρὸς τῇ πόλει κρατοῦσα καθέζεται.* Sensus propter ambiguos genetivos absolutos dubius est. Verti enim potest: „clarum esse multos et in agris interceptum iri et exercitum, dum in urbem illi si reciperent, inopia non pressum iri“; sed in genetivis absolutis inesse quoque potest enuntiatio concessiva, ut vertendum sit: et in agris multos interceptum iri et quamquam illi in urbem se reciperent, exercitum inopia non pressum iri. Haec loci obscuritas Kruegerum movisse videtur ad mutandum, quum interpungens post *αὐτῶν* et conjungens *ἐν τοῖς ἀγροῖς* cum *ἐσκομιζομένων αὐτῶν* pergat: *τὴν στρατιάν δ' οὐκ κ. τ. λ.* Quo quidem ambiguitas genetivorum absolutorum tolleretur, quum nihil aliud quam tempus significare possent „dum in urbem se reciperent“ et copulatio notionum *ἐν τοῖς ἀγροῖς* cum *ἐσκομιζομένων αὐτῶν* Thucydidea esset, ut ex prioribus exemplis elucet. Sed hac loci obscuritate non probatur necessitas mutandi, ut, quum haec desit, emendatio rejicienda sit. Accipiemus Heilmanni interpretationem genetivos absolutos concessive dictos explicantis. — Sed pergamus exempla proferre I, 142, 1 *τὴν (ἐπιτειχισιν) χαλεπὸν καὶ ἐν εἰρήνῃ παρασκευάσασθαι, ἧπον δὲ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ οὐχ ἧσσον ἐκείνοις ἡμῶν ἀντεπιτειχισμένων.* Potuit genetivum absolutum altero opponere hoc fere modo: *ἧπον δὲ ἐν πολεμίᾳ αὐτῶν ὄντων καὶ οὐχ ἧσσον κ. τ. λ.* Similiter structum est II, 2, 3 *ἐβούλοντο τὴν Πλάταιαν ἔτι ἐν εἰρήνῃ τε καὶ τοῦ*

πολέμου μήπω φανεροῦ καθεσιῶτος προκαταλαβεῖν. Recte monet Kruegerus se pro τε καὶ solum καὶ expectare quum utraque notio non satis inter se contraria sit. Cujus usus vero, qui plane non intellegi potest, paullo infra alterum exemplum habebimus. Denique huc pertinet VII, 20, 1: οἱ Ἀθηναῖοι ἅμα τῆς Δεκελείας τῷ τειχισμῷ καὶ τοῦ ἤρους εὐθὺς ἀρχομένου — ναῦς ἔστειλαν. —

Ordine inverso Thucydides transit a genetivis absolutis ad praepositiones cum casibus.

V, 39, 2: τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος ἤδη καὶ πρὸς ἔαρ ἐποιήσαντο τὴν ξυμμαχίαν. „Foedus fecerunt hieme jam praecipite et sub ver. Genetivos absolutos accuratius definit scriptor καὶ πρὸς ἔαρ addens. Neque enim probo interpretationem Vallae, qui καὶ πρὸς ἔαρ cum verbis quae sequuntur, conjungit; est enim eadem verborum copulatio IV, 135, 1; ἀπεπειράσε τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος ὁ Βρασίδης τελευτῶντος καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη Ποιδαίας. Deinde cum loco VIII, 47, 2: „τὰ μὲν καὶ Ἀλκιβιάδου προσπέμψαντος λόγους — τὸ δὲ πλεόν καὶ ἀπὸ σφῶν αὐτῶν οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τριήραρχοι ὤρμηντο ἐς τὸ καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν“, conferam V, 60, 1 (p. 36). Denique VI, 84, 1: (γνώτε) ὅτι σωζομένων ὑμῶν καὶ διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς ὑμᾶς ὄντας ἀντέχειν Συρακοσίοις ἦσσον ἂν ἡμεῖς βλαπτοίμεθα, genetivos absolutos et praepositionem cum casu junctos videmus, quorum haec causalem, illi hypotheticam significationem habent: „considerate, nos, si vos servemini et quod, nisi infirmis sitis, resistere possitis Syracusanis, minoribus incommodis affectum iri.

Copulationem praepositionis cum casu et accusativi cum infinitivo legimus V, 53, 2: *ἐδόκει τὴν Ἐπίδουρον προσλαβεῖν τῆς τε Κορίνθου ἔνεκα ἡσυχίας καὶ ἐκ τῆς Αἰγίνης βραχυτέραν ἔσσεσθαι τὴν βοήθειαν*. Accusativo cum infinitivo ex *ἐδόκει*, quod diversa putandi significatione repetendum est, pendente altera causa exprimitur cur visum sit Epidaurum expugnare. Pergere potuit scriptor *καὶ τῆς ἐκ τῆς Αἰγίνης βραχυτέρας βοηθείας*. Neque vero hic transitus aliis exemplis illustrari potest nisi locis IV, 3, 3 et III, 94, 3, quibus tamen pro praepositione cum casu genetivos absolutos et dativum cum participio positos habemus. Liceat autem hos locos propter constructionis similitudinem hic afferre IV, 3, 3: *τῷ δὲ διάφορόντι ἐδόκει εἶναι τοῦτο τὸ χωρίον — λιμένος τε προσόντος καὶ τοὺς Μεσσηνίους — πλεῖστ' ἂν βλάπειν ἐξ αὐτοῦ ὀρμωμένους καὶ βεβαίους ἅμα τοῦ χωρίου φύλακας ἔσσεσθαι*. Non probo Popponis conjecturam pro *τε* legentis *γε* (scilicet), quum et non quadrare videatur et particula analogia ceterorum locorum firmetur. Facile quidem scriptor pergere potuit *καὶ τῶν Μεσσηνίων — βλαπτόντων — καὶ φυλάκων ἔσομένων*, sed iterum praetulit accusativos cum infinitivo ex cogitatione Demosthenis pendentes, quibus altera causa, cur locus expugnandus sit, adjungitur. — Similiter III, 94, 3: *Ἀημοσθένης ἀναπεύθεται — Αἰτωλοῖς ἐπιθέσθαι, Ναυπάκτῳ τε πολεμίοις οὓσι καὶ ἦν κρατήρη αὐτῶν ῥαδίως καὶ τὸ ἄλλο ἠπειρωτικὸν τὸ ταύτῃ Ἀθηναίοις προσποιήσεν*. Expectemus, ut ad *Ναυπάκτῳ τε* per *καὶ* adjungatur membrum alteram causam afferens, cur Aetoli aggrendendi sint, veluti *καὶ κωλύουσι προσποιεῖν*; sed

iterum mutatur structura in accusativum cum infinitivo ad ἀναπέιθεται referendum.

Jungitur praepositio cum casu et substantivum. Rarissima autem haec verborum conjunctio est; exstat enim hoc unum exemplum apud Thucydidem II, 26, 1, unde videtur factum esse, ut hic locus a nonnullis interpretibus perperam explicaretur: ἐξέπεμψαν ναῦς περὶ τὴν Λοκρίδα καὶ Εὐβοίας ἄμα φυλακὴν. Alii enim, quum et Λοκρίδα et φυλακὴν ex praepositione περὶ pendere vellent, causalem significationem eam habere existimarent; alii ad φυλακὴν praepositionem ἐς subaudiendam esse docuerunt. Sed sunt haec verba ita explicanda, ut περὶ circa significans ad Λοκρίδα solum referatur, φυλακὴν autem appositio sit ad ναῦς. Transit autem Thucydides a substantivo ad praepositionem cum casu I, 120, 2: τοὺς τὴν μεσόγαιαν μᾶλλον καὶ μὴ ἐν πόρῳ κατακνημένους. Stephanus, quod hanc variandi Thucydidis consuetudinem videtur aut non cognovisse, aut quod, ut Abresch conjecit¹⁾, κατακνημένους passive positum esse putavit „κατὰ τὴν μεσόγαιαν“ legere voluit. Sed recte jam Abresch etiamsi passive dictum esset κατακνημένους, facile nos carere posse praepositione κατὰ, quum ad τὴν μεσόγαιαν ex κατακνημένους adsumi posset οἰκοῦντας, annotavit, ut ζεῦγμα quod dicitur accipiendum esset. — Deinde I, 37, 2: „ἡ πόλις αὐτῶν παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλάπτουσί τινας μᾶλλον ἢ κατὰ ξυνθήκας γίνεσθαι“, cum Bauero verba κατὰ ξυνθήκας opposita esse verbo δικαστὰς existimo. Scriptor enim, quum ad

¹⁾ Diluc. p. 118.

μᾶλλον ἢ nihil nisi verba *κατὰ ξυνθήκας* adderet, breviter atque dilucide expressit, quod nos nisi multis verbis vertere non possumus; dicit enim: „situs urbis eorum facit ipsos injuriarum, quas multis inferunt arbitros potius quam ex pactis fieri posset i. e. magis quam fieri posset si societatem inissent¹⁾). Sed verbis *δικαστὰς γίνεσθαι* (*γίνεσθαι* enim ad *δικαστὰς* referendum est) opponi velim non solum *κατὰ ξυνθήκας* sed verba, quae sensum verbis *δικαστὰς γίνεσθαι* contrarium habeant, itaque, ut plenior et concinnior oratio fiat, efficiant. Neque enim Abreschii explicationem probo, qui, quum ad *γίνεσθαι* suppleat *δικαστὰς*, vertit: „facit urbs ipsos injuriarum, quas multis inferunt potius arbitros, quam ut ex pactis (arbitri) constituentur“. Neque Kruegeri explicationi assentior, qui ad priorem enuntiationis partem verba *ἐκτὸς ξυμμαχίας ὄντας* supplens hoc modo vertit: „urbis eorum situs sibi ipsis sufficiens efficit, ut (nullam societatem ineuntes) magis quam foedere cohibiti, injuriarum quibus alios afficiunt, ipsi arbitri sint“. Equidem Thucydidem sic fere scribere voluisse existimo: ἢ πόλις αὐτῶν — παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλάπτουσι τινὰς μᾶλλον γίνεσθαι ἢ κατὰ ξυνθήκας δίκας διδόναι (ὧν βλάπτουσι τινὰς) „situs urbis eorum facit, ut injuriarum, quibus alios afficiunt, arbitri potius fiant, quam ut ex pactis poenas pendant iis (quos injuria affecerunt). — Denique II, 89, 1 legimus: τὸ πλήθος τῶν νεῶν καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου παρεσκευάσαντο. Hanc multitudinem navium et non ad parem numerum naves

1) Ποπο.

compararunt i. e. non aequalem numerum navium compararunt. Scriptor igitur, quum ἴσον ἀριθμόν scribere posset, quod verbis ἀπὸ τοῦ ἴσου exprimitur, ad hanc periphrasin praepositionalem transire maluit.

Venio ad praepositionis cum casu et adjectivi copulationem. V, 9, 1: *τό τε κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας — κινδυνεύειν*. Quum hic κατ' ὀλίγον non „paullatim“ significet, sed non distet a κατ' ὀλίγους ex scholiastae explicatione, ut „pauci simul“¹⁾ vertendum sit, mirum est quod κατ' ὀλίγον et μὴ ἅπαντας paene eandem rem significantes per τε — καί pro καί solo juncti sint. Habemus igitur simile exemplum atque II, 2, 4 p. 37 commemoratum. VI, 11, 1: *διὰ πολλοῦ γε καὶ πολλῶν ὄντων*. Quum remoti²⁾ et multi sint. VI, 6, 3: *κίνδυνον εἶναι μὴ Δωριῆς τε Δωριεῦσι κατὰ τὸ ξυγγενῆς καὶ ἄμα ἄποικοι τοῖς Πελοποννησίοις βοηθήσαντες καὶ τὴν (τῶν Ἀθηναίων δύναμιν ξυγκαθέλωσιν*. Thucydides concinnius ξυγγενεῖς scribere potuit. VII, 40, 3: *οἱ δὲ διὰ πολλοῦ θορύβου καὶ ἄσιτοι οἱ πλείους — ἐξβάντες*. Hoc loco scriptor fortasse ad adjectivum transiit, quod ad οἱ πλείους referendum esse ἄσιτοι videtur, διὰ πολλοῦ θορύβου autem ad omnes, id quod variatione orationis magis conspicuum est. VIII, 43 f.: *ὁ Τισσαφέρνης ἀπεχώρησεν — δι' ὄργῆς καὶ ἄπρακτος*.

Ordine inverso adjectiva et praepositiones cum suis casibus junguntur. II, 91, 2: *τοῖς Πελοποννησίοις γενομένου τούτου ἀπροσδοκῆτουτε καὶ παρὰ λόγον*. Variatio hic fortasse eo explicari potest, quod adjectivo παρὰ—

1) Herm. ad Vig. p. 635.

2) Herm. ad Vig. p. 587.

λογος, ον scriptor noster omnino non videtur usus esse. VII, 48, 6: φθηρεῖσθαι τὰ πράγματα ἐπικουρικὰ μᾶλλον ἢ δι' ἀνάγκης ὄντα, quippe quod copiis auxiliariis potius quam necessariis niterentur (Port). Neque hoc loco orationem variare necesse erat, quum jam Homerus verbo ἀναγκαῖος de militibus, qui necessitate coacti stipendia facerent, uteretur. — II, 90, 3: ἄκων καὶ κατὰ σπουδὴν ἐμβιβάσας ἔπλει. Deinde IV, 31, 2: μέσον δὲ καὶ ὀμάλωτάτον τε καὶ περὶ τὸ ὕδωρ — ὁ ἄρχων εἶχεν. „περὶ τὸ ὕδωρ“ sine articulo vice accusativi fungitur, sicuti IV, 3, 2: ἀπέφαινε τὸ χωρίον — καρτερόν ὄν καὶ ἐρημον αὐτό τε καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας vicem nominativi „ἐπὶ πολὺ“ praestat, quod exemplum, quamquam αὐτό pronomen est, ex quo transitus fit, tamen hic afferre posse credebam. — Hic quoque locus esse videtur copulationes quasdam praeter ceteros scriptores Thucydidis proprias afferre, quibus praepositio κατὰ cum accusativo juncta distributivam significationem habens casuum vicem praestat et cum aliis casibus conjungitur. Fungitur autem haec praepositio cum accusativo juncta genetivo excepto vice omnium casuum. Hoc vero loco has copulationes comprehendo, quod plurimi transitus praepositionis cum casu ad adjectivas sunt. Ac primum quidem vice nominativi fungens cum nominativis praepositio κατὰ cum casu his locis copulatur I, 122, 2: ἀθρόοι καὶ κατὰ ἔθνη καὶ ἕκαστον ἄστυ μιᾷ γνώμῃ ἀμνησούμεθα αὐτούς. IV, 32, 3: διέστησαν κατὰ διακοσίους τε καὶ πλείους. VII, 64, 2: ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες.

Vice dativi fungitur I, 36, 3: βραχυτάτῳ δ' ἂν κε-

φαλαίῳ, τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἑκάστιον, τῷ δ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε. VI, 67, 4: ὁ Νικίας κατὰ τε ἔθνη καὶ ξύμπασι τοιάδε παρεκελεύετο.

Vice accusativi fungitur I, 145, 1: ἀπεκρίναντο — καθ' ἑκαστά τε ὡς ἔφρασε καὶ τὸ ξύμπαν. I, 3, 2: δοκεῖ δέ μοι — κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα καὶ τὸ Πελασγικὸν — τὴν ἔπωνυμίαν παρέχεσθαι. Denique II, 64, 3: πολέμοις μεγίστοις ἀντέσχομεν πρὸς τε ξύμπαντας καὶ καθ' ἑκάστους. Qui locus praeter ceteros demonstrat, καθ' ἑκάστους nihil nisi casus vicem praestare, quum, si sensum respicimus, praepositio πρὸς non solum ξύμπαντας, sed etiam καθ' ἑκάστους regat. Denique duas alias adjectivorum cum periphrasibus praepositionalibus copulationes affero I, 6, 3: μετρία δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον — ἐχρήσαντο. Quae verborum conjunctio scholiastae tam insolita videbatur, ut articulum τῆ post καὶ deesse annotaret. Sed quum Graeci periphrases praepositionales cum substantivis sine articulo jungant, etiam hoc loco post καὶ articulum deesse minus insolentiae habet, quamquam scriptor adjectivo μετρία concinniore potuit construere orationem, id quod scholiasta quoque, quum articulum postularet, dicere voluisse mihi videtur. Est autem similis structurae exemplum II, 53, 1, quod quidem unicum hujus generis est: ὥστε ταχείας τὰς ἐπανυρέσεις καὶ πρὸς τὸ τερπνὸν ἡξιούν ποιῆσθαι. Quo loco plus admirationis habet, quod scriptor, quum adjectivum τερπνὰς scribens concinnius idem dixisset ac per πρὸς τὸ τερπνὸν ad hanc periphrasiam praepositionalem transiit.

Denique praepositiones cum casibus et adverbis junguntur. II, 41, 1: ἐπὶ πλεῖστα εἶδη καὶ μετὰ χαρί-

των μάλιστα εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὐταρκες παρέχεσθαι.
 „Ad plurimas occupationes et summa cum agilitate
 juncta cum venustate corpus accommodare“. Pro ad-
 verbio praepositionem cum nomine expectemus; sed si
 notio adverbii per *μετὰ χαρίτων* accuratius definiti ex-
 pressa esset praepositione cum casu, coacervatio prae-
 positionum orta esset, quam scriptor videtur vitare vo-
 luisse. Denique VII, 48, 5: *ἐπ' αἰσχρᾶ τε αἰτία καὶ ἀδί-
 κως* — *ἀπολέσθαι* Thucydides pro *ἀδίκως* etiam *ἀδικῶ*
 Niciam loquentem facere potuit. — Inverso ordine ab
 adverbio ad periphrasin praepositionalem transitur VII,
 15: *εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράσσετε*. VIII, 27, 2:
ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρασκευάζεσθαι. — Quae ver-
 borum copulationes, quum periphrases praepositionales
 vice adverbiorum fungantur, nihil insoliti habent.

Casus substantivorum cum aliis verborum generibus
 junguntur. Ac primum quidem de casuum cum parti-
 cipiis copulatione disseram.

Invenimus igitur nominativis participia adjuncta II,
 68, 1: *αὐτοὶ τε καὶ τῶν βαρβάρων πολλοὺς ἀνασίστησαν-
 τες*. Coniunctio similis est I, 26, 3; VI, 101, 5; I, 20, 2,
 quos locos p. 32 et 33 attulimus. Sed habet haec copu-
 latio plus admirationis, quod subjectum participii idem
 est cum *αὐτοὶ*, quum ab *αὐτοὶ* diversum subjectum ei
 oppositum expectemus hoc fere modo: *αὐτοὶ τε καὶ τῶν
 βαρβάρων πολλοί, οὓς ἀνέστησαν, ἐσιράτευσαν*. Habeam
 hanc structuram in attractionum numero. Similiter VIII,
 55, 3 legimus: *ὁ Πεδάριος αὐτός τε καὶ τὸ περὶ αὐτὸν
 ἐπικουρικὸν ἔχων αἰρεῖ κ. τ. λ.* IV, 2, 2 nominativo sub-
 stantivi adjungitur participium, quod causalem signifi-

cationem habet: *Πελοποννησίων νῆες παρεπεπλεύκεσαν τοῖς ἐν τῷ ὄρει τιμωροὶ καὶ — νομίζοντες κατασχέσειν τὰ πράγματα.* „Peloponnesiorum naves adnavigarant iis qui in monte erant adjuutores et quod putabant se victuros esse.“

Genetivorum cum participiis copulationes nullae exstant, sed dativi diversae significationis cum participiis juncti inveniuntur. Sunt autem hoc loco iterum exempla afferenda, quae similiter constructa sunt atque I, 26, 3; VI, 101, 5; I, 70, 2 p. 32 et 33 allata. IV, 53, 1: *Ἀθηναῖοι ἱππεῦσί τε ὀλίγοις καὶ τῶν ξυμμάχων Μιλησίους καὶ ἄλλους τινὰς ἀγαρόντες ἐστράτευσαν.* VII, 20, 2: *τὸν Δημοσθένην ἀπέστελλον ἐξήκοντα μὲν ναυσί, ὀπίταις δὲ — διακοσίοις καὶ χιλίοις καὶ νησιωτῶν ὄσοις — οἷόν τε ἦν χρήσασθαι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ξυμμάχων τῶν ὑπηκόων, εἴ ποθὲν τι εἶχον ἐπιτήδειον ἐς τὸν πόλεμον ξυμπορίσαντες.* Deinde scriptor a dativis nonnunquam ad participia transit utraque notione causalem significationem habente I, 80, 1: *καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὄρω, ὥστε μήτε ἀπειρία ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου, μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα.* Eodem modo sed inverso ordine constructum est I, 107 f.: *νομίσαντες δὲ ἀπορεῖν ὅπη διέλθωσιν ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς καὶ τι καὶ τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψία,* ubi structuram inchoatam retinens *ὑποπτεύοντες κατάλυσιν* Thucydides scribere potuit. IV, 69, 3: *σίτον τε ἀπορία καὶ τοὺς Πελοποννησίους οὐ νομίζοντες ταχὺ ἐπιβοηθήσειν — ξυνέβησαν κ. τ. λ.* IV, 18, 1: *οὔτε δυνάμεως ἐνδεία ἐπάθομεν αὐτὸ, οὔτε μείζονος προσγενομένης ὑβρίσαντες.* II, 51, 1: *ἔθνησκον οἱ μὲν ἀμελεία, οἱ δὲ καὶ πάνυ θε-*

ραπευόμενοι. V, 9, 2: τοὺς γὰρ ἐναντίους εἰκάζω καταφρονήσει τε ἡμῶν καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας ὡς ἂν ἐπεξέλθοι τις αὐτοῖς ἐς μάχην — ἀτάκτως κατὰ θεῶν τετραμμένους ὀλιγοῦσιν. „Conjicio enim hostes contemnentes nos neque quemquam contra ipsos ad pugnam egressurum esse sperantes — sine ordine spectandi gratia profectos spernere“. Pro dativo concinnius scriberetur καταφρονοῦντάς τε ἡμῶν κ. τ. λ.

Ut aliis locis πρόφασιν μὲν — ἔργῳ δὲ vel ἀληθείᾳ δὲ opponuntur, sic III, 86, 2 a dativo προφάσει genitivum nominis regente ad participium βουλόμενοι δὲ transitus est, quo vera causa ad simulatam adjungitur: ἐπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τῆς μὲν οἰκειότητος προφάσει, βουλόμενοι δὲ μήτε σῖτον ἐς τὴν Πελοπόννησον ἄγεσθαι κ. τ. λ. Praecipue vero IV, 48, 2 mirum est: οἱ πολλοὶ σφᾶς αὐτοὺς διέφθειρον — τοῖς σπάρτοις καὶ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες ἀπαγχόμενοι. Transit enim a dativo instrumentali ad participium, quo plane non instrumentum, quo se strangulaverint, exprimitur; sed brevius sic scripsit pro παραιρήμασιν ἃ ἐκ τῶν ἱματίων ἐποίουν. — Tum III, 77, 1: οἱ δὲ πολλῶν θορούβῳ καὶ πεφοβημένοι τὰ τ' ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἐπίπλουν παρεσκευάζοντο copulationem notionum etiam sensu plane diversarum habemus, quum dativus modum parandi exprimat, participium autem causam significet. „Parabant se magno tumultu et metuentes statum urbis“ etc. Denique IV, 120, 2: Βρασίδης διέπλευσε νυκτὸς ἐς τὴν Σκιώνην, τριῆρι μὲν φιλία προπλευούσῃ, αὐτὸς δ' ἐν κέλητι ἄποθεν ἐφεπόμενος pro dativo comitatus significationem habente etiam genetivi absoluti poni possunt.

Ad accusativos participia adjunguntur. Initium iterum faciam a quibusdam exemplis, quae propter similitudinem constructionis conferenda sunt cum I, 26, 3; VI, 101, 5; I, 70, 2 antea p. 32 et 33 et II, 68, 1; VIII, 55, 3 p. 45 et IV, 53, 1; VII, 20, 2 p. 46 allatis. Exstat enim I, 60, 1 hic locus: *πέμπουσιν ἐαυτῶν τε ἐθελοντίας καὶ τῶν ἄλλων Πελοποννησίων μισθῶ πείσαντες*, ubi pro altero objecto veluti *πεισθέντας* cum *ἐθελοντίας* conjuncto participium ad subjectum enuntiationis relatum videmus; et V, 18, 3: *ἐξέστω ἀπιέναι — αὐτοῖς καὶ τὰ ἐαυτῶν ἔχοντας*. Copulatio nobis plane insolita videtur; neque vero alii Graeci scriptores semper per *καί* participium ἔχων ad praecedentem casum adjungere solent. Videtur autem hoc loco factum esse ad notionem personae premendam.

Pariter ad accusativum participium adjunctum est IV, 3, 2: *ἀπέφαινε τὸ χωρίον πολλήν εὐπορίαν ξύλων τε καὶ λίθων καὶ φύσει καρτερόν ὄν*. Variationem structurae vitare potuit Thucydides quum scriberet: *ἀπέφαινε τὸ χωρίον εὐπορον ὄν — καὶ φύσει καρτερόν*. Quo cum loco confero V, 10, 4: *Βρασίδας ὡς ὄρεᾷ τὸν καιρόν καὶ τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων κινούμενον*. Etiam hic pro *τὸν καιρόν* scribens *τὸν καιρόν ὄντα* enuntiatum concinnius construxisset.

Junguntur casus cum genetivis absolutis.

Invenimus genetivos absolutos dativis adjunctos IV, 12, 2: *ἀδύνατοι ἦσαν ἀποβῆναι τῶν τε χωρίων χαλεπότιτι καὶ τῶν Ἀθηναίων μερόντων*. Fieri non potuit ut appellerent propter locorum difficultates et quod Athenienses manebant. Quo cum loco congruit similitudine

constructionis IV, 33, 3 ubi eodem modo ad dativum causam significantem genetivi absoluti adjunguntur, qui alteram causam addunt: *προλαμβάνοντες ῥαδίως τῆς φυγῆς, χωρίων τε χαλεπότητι καὶ ὑπὸ τῆς πρὶν ἐρημίας τραχέων ὄντων* (scil. τῶν χωρίων). Denique IV, 130, 3 huc pertinet: *τρέπουσιν ἅμα μὲν μάχῃ αἰφνιδίῳ, ἅμα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τῶν πυλῶν ἀνοιγομένων φοβηθέντων* (fugant Peloponnesios partim propter pugnam repentinam i. e. quod pugna repente inita erat, partim quod [Peloponnesii] timore affecti erant portis Atheniensibus apertis). Itaque iterum transitus est a dativo causam significante ad genetivos absolutos causam exprimentes.

Ad accusativum genetivi adjuncti sunt V, 32, 1: *Ἀθηναῖοι Δηλίους κατήγαγον πάλιν ἐς Δῆλον, ἐνθυμούμενοι τὰς τε ἐν ταῖς μάχαις ξυμφορὰς καὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς θεοῦ χρήσαντος*. Poppo ad hunc locum haec annotavit: „loco movit Thucydides particulam τε, referendam ad ἐνθυμούμενοι; neque enim subjicitur quid aliud ἐνεθυμοῦντο, sed aliam structuram orditur“. Recte hoc ille, si genetivos absolutos enuntiationem causalem continere consideramus; tum enim opponendi sunt participio ἐνθυμούμενοι, quod idem significationem causalem quum habeat, ad κατήγαγον causam affert. Sensus enim est hic: Athenienses Delios Delon reduxerunt, quum clades proeliis acceptas in animis considerarent quumque deus oraculum edidisset. Sed etiam accusativus genetivis absolutis opponi potest. Quum enim genetivis absolutis proprie nihil aliud significetur nisi „oraculum“ eos alterum objectum ad ἐνθυμούμενοι addere possumus explicare quum vertamus: reduxerunt Delios

considerantes clades proeliis acceptos deique Delphici oraculum. Quum igitur ad hanc quaestionem rursus delapsi simus (similes enim particulae τε transpositiones occurrerunt p. 11: VII, 14, 2; p. 25: V, 45, 3; p. 29: I, 1, 1; p. 30: IV, 116, 1), liceat mihi hoc loco cetera exempla afferre, quibus apud Thucydidem invenimus adjuncta casibus enuntiata, quae proprie ad aliud enuntiationis membrum adjungenda erant. Disseremus igitur de omnibus hujus generis locis, quamquam, si formam enuntiatorum respicimus, alii aliis partibus dissertationis inseri debebant. Ac primum quidem casibus participia adjuncta sunt his locis V, 11, 2: οἱ Ἀμφιπολίται Βρασίδα ὡς ἥρωϊ ἐντέμνουσι, νομίσαντες τὸν μὲν Βρασίδαν σωτήρα τε σφῶν γεγενῆσθαι καὶ ἐν τῷ παρόντι ἅμα τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ξυμμαχίαν φόβῳ τῶν Ἀθηναίων θεραπεύοντες. V, 28, 2: ἐδέξαντο ξυμμαχίαν οἱ Ἀργεῖοι μᾶλλον ὀρῶντες τὸν τε τῶν Λακεδαιμονίων σφίσι πόλεμον ἐσόμενον — καὶ ἅμα ἐλπίσαντες τῆς Πελοποννήσου ἠγήσεσθαι. V, 29, 3: ἀποσιῆναι οἱ Πελοποννήσιοι ἐβούλοντο, νομίσαντες πλέον τέ τι εἰδότας μετασιῆναι αὐτοὺς καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἅμα δι' ὀργῆς ἔχοντες. V, 44, 2: ἀφίκοντο Λακεδαιμονίων πρέσβεις κατὰ τάχος δείσαντες μὴ τὴν τε ξυμμαχίαν ποιήσωνται καὶ ἅμα Πύλον ἀπαιτήσοντες. VI, 61, 4: εἴρητο τὸν Ἀλκιβιάδην μὴ ξυλλαμβάνειν θεραπεύοντες τό τε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σικελίᾳ σιραιώτας — μὴ θορυβεῖν καὶ οὐχ ἤκιστα τοὺς Μαντιέας βουλόμενοι παραμεῖναι. Kruegerus ad V, 11, 2 annotat particulam τε post σωτήρα positam esse, tamquam sequeretur χρῆναι θεραπεύειν. Quo modo si ceteros locos interpretamur, Thucydides

V, 28, 2 *ἐλπίσαντες* omittere debebat quum hoc omisso cetera verba etiam ex praecedente participio *μᾶλλον ὀρῶντες* pendentia cogitari possint: „considerantes potius et bellum sibi contra Lacedaemonios fore et simul se imperium Peloponnesi assecuturos esse; eodemque modo VI, 61, 4 explicare possumus, particulam *τε* post *τό* Thucydidem posuisse, quod *βουλόμενοι* sequi noluerit; *παραμεῖναι* igitur et *θορυβεῖν τό* articulo substantivorum vice fungentes ad *θεραπεύοντες* objecta essent. Sed hoc modo explicans nescio quid V, 29, 3 et V, 44, 2 de orationis progressu statuam. Itaque, ut haec exempla eodem modo explicentur, praestat interpretari Thucydidem participia *θεραπεύοντες*, *ἐλπίσαντες*, *δι' ὀργῆς ἔχοντες*, *ἀπαιτήσοντες*, *βουλόμενοι* scripsisse, tamquam particula *τε* post *νομίσαντες*, *ὀρῶντες* κ. τ. λ. posita esset participiis inter se oppositis, quae quod ad verbum regens omnibus in exemplis causas (V, 44, 2 causam et finem) continent, bene aliud alii respondent. Ac primum quidem V, 11, 2 sententia haec est: Amphipolitae sacrificia instituunt Brasidae et quod putabant Brasidam servatorem suum esse et quod metu Atheniensium Lacedaemoniis favebant. V, 28, 2: Argivi societatem inierunt et quod magis considerabant bellum sibi gerendum fore et quod sperabant Peloponnesi imperium se assecuturos esse. V, 29, 3: Peloponnesii desciscere volebant et quod putabant eos commodo quodam motos descisse et quod Lacedaemoniis irascebantur. V, 44, 2: celeriter legati Lacedaemoniorum venerunt et quod metuebant ne Athenienses foedus inirent et simul ut Pylum repeterent. VI, 61, 4: Athenienses iusserunt Alcibiadem non capi

et quod curabant ne milites tumultum excitarent et quod Mantineenses sibi fidem servare volebant. Enuntiatorum participialium cum casibus copulationes tractavimus; jam restat ut locos proferamus quibus enuntiata alius generis per *τε* particulae transpositionem casibus adjuncta sunt. I, 129, 1 igitur legimus: *Ξέρξης — κελεύει αὐτὸν τὴν τε Δασκυλῆϊν σατραπείαν παραλαβεῖν καὶ παρὰ Πανσανίαν ἐς Βυζάντιον ἐπιστολὴν ἀντεπεῖθε αὐτῷ*, ubi expectemus aut cum Kruegero, ut *ἀντεπεῖθε* omittatur et alterum objectum adjungatur, quid Xerxes jusserit, aut ut *τε* post *κελεύει* ponatur. III, 36, 2: *ἔδοξεν ἀποκτεῖναι Ἀθηναίους Μιτυληναίους, ἐπικαλοῦντες τὴν τε ἄλλην ἀπόστασιν — καὶ προσξυνελάβοντο οὐχ ἐλάχισιον τῆς ὀρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες*. Sequi non debet quid valuerit ad animos Atheniensium movendos sed procedere debet oratio hoc modo, ut per *καὶ* alterum objectum ad *ἐπικαλοῦντες* adjungeretur, veluti *τὴν τῶν νεῶν παράκλησιν* vel causalis enuntiatio, quam Kruegerus proponit quasque ad pronomen *ἄλλος* adjungi solere scimus: *καὶ ὅτι τὰς Πελοποννησίων ναῦς ἐπηγάγοντο Μιτυληναῖοι*; sic legentes particulam *τε* etiam post *ἐπικαλοῦντες* ponere possumus, quum *ἐπικαλοῦντες* enuntiationi causali bene responderet causis ad *ἔδοξεν ἀποκτεῖναι* utroque membro allatis: „Atheniensibus Mitylenaeos interficere placuit, et quod iis omnino defectionem objiciebant et quod illi Peloponnesiorum naves advocarant. — V, 44, 1: *οἱ δ' Ἀργεῖοι ἀκούσαντες τῆς τε ἀγγελίας καὶ ἐπειδὴ ἔγνώσαν*. Quum per *καὶ* non alterum objectum ad *ἀκούσαντες* adjungatur, hic pariter *τε* particula post *ἀκούσαντες* ponenda erat; praeterea autem

concinnitatis causa pro ἐπειδὴ ἔγνωσαν scribi potuit γνόντες. Denique VII, 80, 1: τῷ Νικίᾳ — ἐδόκει, ἐπειδὴ κακῶς σφίσι τὸ στρατεύμα εἶχε τῶν τε ἐπιτηδείων πάντων ἀπορία ἤδη καὶ κατατετραυματισμένοι ἦσαν πολλοὶ — ἀπάγειν τὴν στρατιάν, particula καὶ enuntiatio adjuncta est quasi particula τε post ἐπειδὴ posita sit et καὶ — πολλοὶ ex ἐπειδὴ pendeat. — Sed illuc unde abii, redeo. Postquam usum casus cum participiis et genetivis absolutis conjungendi tractavimus, ad copulationem casuum cum infinitivis transimus. Ac primum quidem transitum habemus a genetivo ad infinitivum VI, 21, 2: οὐ ναυτικῆς καὶ φάυλου στρατιᾶς μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ πεζὸν πολὺν ξυμπλεῖν, ubi, quum priori membro δεῖ genetivum regat, etiam altero membro πεζοῦ πολλοῦ pro infinitivo expectemus.

Ab accusativo nominis ad infinitivos transit scriptor his locis VI, 8, 2: ἐψηφίσαντο ναῦς καὶ στρατηγούς πέμπειν, βοηθούς μὲν Ἐγεστᾶις — ξυγκατοικίσει δὲ καὶ Λεοντίνοισι. Transitus est ab accusativo βοηθούς, appositione ad ναῦς καὶ στρατηγούς ad infinitivum qui habet significationem finalem: „decreverunt naves et duces mittere partim adjutores Egestaeis, partim ut coloniam Leontinos deducerent“. Deinde VI, 76, 3: τοὺς μὲν λειποστρατίαν, τοὺς δ' ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν αἰτίαν εἰπρεπῆ ἐπενεγκόντες κατεστρέψαντο: „subjecerunt alios, speciosam causam proferentes detrectationem militiae, alios, quod inter se bellum gererent“. Hoc loco primum verbo λειποστρατίαν appositione ad αἰτίαν, deinde infinitivo ex αἰτίαν ἐπενεγκόντες pendente causae exprimuntur, cur Athenienses socios subjecerint. — Tum VI,

80, 5: αἰρεῖσθε ἢ τὴν αὐτίκα ἀκινδύνως δουλείαν ἢ — τοῦςδε μὴ αἰσχρῶς δεσπότας λαβεῖν. Facile variatio vitari potuit in priori quoque membro infinitivo posito „δουλεύειν“. Denique V, 9, 7 legimus: καὶ νομίζατε — τῇ δε ὑμῶν τῇ ἡμέρᾳ ἢ ἀγαθοῖς γενομένοις ἐλευθερίαν τε ὑπάρχειν καὶ Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις κεκλήσθαι, putate hoc die vobis contingere ut fortes aut sitis liberi et Lacedaemoniorum socii appellemini etc. Infinitivus κεκλήσθαι pariter atque ἐλευθερίαν ex ὑπάρχειν pendet; potuit autem articulum accipiens τὸ — κεκλήσθαι substantivo concinnior fieri, etiamque VI, 76, 3 et VI, 80, 5 concinnitatis causa infinitivi articulis similiores substantivis fieri potuerunt.

Adverbia junguntur cum aliis verborum generibus. Ac de copulatione adverbiorum et praepositionum cum casibus suis jam disseruimus.

Transeo igitur ad copulationem adverbiorum cum substantivis. Neque hujus copulationis exemplum apud Thucydidem exstat nisi hoc unum III, 30, 2: εἰ πρόσπεσοιμεν ἄφνω τε καὶ νυκτός, quod, quamquam νυκτός adverbio par est, tamen non praetermittendum esse existimabam, quia ἄφνω et νυκτός sensu paene similes per τε — καὶ disjunctos esse videmus, quum, si particula omnino deesset, nihil desiderarem.

Neque adverbiorum cum adjectivis copulationes afferre possum, sed ordine inverso adjectiva cum adverbis juncta sunt his locis III, 4, 1: ἀπαράσκευοι οἱ Μιτυληναῖοι καὶ ἐξαίφνης ἀναγκασθέντες πολεμεῖν ἔκπλουν ἐποιήσαντο. Similiter VII, 32, 2: ἐνέδραν ποιησάμενοι ἀφυλάκτοις τε καὶ ἐξαίφνης ἐπιγερόμενοι διέφθειραν ἐς

ὄκτακοσίους. Semel copulatio parium verborum exstat VII, 29, 2: ἀφνλάκτοις τε ἐπιπεσὼν καὶ ἀπροςδοκῆτοις, quod exemplum cum VII, 32, 2 plane congruit, quum VII, 32, 2 pro ἐξαίφνης — ἀπροςδοκῆτοις et VII, 29, 2 pro ἀπροςδοκῆτοις — ἐξαίφνης integro sensu ponere possemus. Deinde V, 10, 7 legimus: ξυνέβη τε τῷ ἀδοκῆτῳ καὶ ἐξαπίνης ἀμφοτέρωθεν τοὺς Ἀθηναίους θοροβηθῆναι, ubi particula καὶ junguntur τῷ ἀδοκῆτῳ et ἀμφοτέρωθεν: „contigit ut Athenienses inopinato et subito utrimque perturbarentur“. Quamquam enim καὶ in duobus codicibus deest, tamen retinendum videtur esse. Fortasse enim scribae considerantes in τῷ ἀδοκῆτῳ proprie causam inesse, cur Athenienses ἐξαπίνης ἀμφοτέρωθεν perturbati sint, particulam omiserunt. Denique VIII, 48, 6: ἐπ' ἐκείνοις εἶναι καὶ ἄκριτοι καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν adjectivi cum adverbio copulatio exstat. — Conjecit autem Kruegerus ad locum VI, 48, 1: αἰσχυρῶς καὶ ἀπράκτως ἀπελθεῖν pro ἀπράκτως legendum esse ἀπράκτους, quod adverbium ἀπράκτως apud Thucydidem omnino non inveniatur et copulatio verborum diversi generis Thucydidea sit. Quam conjecturam, quin probem, facere non possum.

Adverbia cum participiis conjuncta sunt I, 1, 1: τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὄρων ξυνιστάμενον, τὸ μὲν εὐθύς, τὸ δὲ καὶ διανοούμενον. Deinde legimus VI, 21, 2: γινῶτε οὐ πολὺ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν μέλλομεν πλεῖν καὶ οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ στρατευσάμενοι καὶ εἰ ἐν τοῖς τῆδε ὑπηκόοις ξύμμαχοι ἦλθετε ἐπὶ τινα. Sequor enim Hermani¹⁾ explicationem, qui, quum στρατευσάμενοι, quod

¹⁾ Ad Vig. 224.

optimi codices exhibent, cum Abreschio retineat, futuri exacti significationem in eo inesse interpretatur quum vertat: „sed statim oportet cum idoneo apparatu proficisci reputantes et procul a finibus nostris nos esse navigaturos, et non simili facta expeditione, ut in regionibus hic nobis parentibus socii aliquem bello petiistis“. Itaque Thucydides ad *γνώτε* conjunctione *ὅτι* enuntiatum adjungit, quam structuram tamen enuntiato participiali pergens omittit. Opponi igitur debebant proprie inter se haec duo enuntiatia. Quod vero particulam *τε* non ad totum enuntiatum post *ὅτι* ponens referebat, sed post *πολύ* ponebat, ut *πολύ* et *οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ στρατευσάμενοι* opponerentur, duas causas esse posse existimo. Altera haec est, quod *τε* post *ὅτι* ponere scriptores Attici evitare solent¹⁾, altera, quod *τε* post *πολύ* posito notio primaria longi intervalli premebatur.

Inverso ordine participium cum adverbio junctum est I, 63, 1: Ἀριστεὺς παρήλθε παρὰ τὴν χηλὴν διὰ τῆς θαλάσσης βαλλόμενός τε καὶ χαλεπῶς advenit sagittis obrutus et aegre. Et nobis et Latinis haec verborum copulatio insolens videtur quum expectemus „aegre advenit sagittis obrutus“. *βαλλόμενος* enim causam, cur aegre advenerit, continet neque copulari verba sed sic scribi malimus: Ἀριστεὺς βαλλόμενος παρήλθε χαλεπῶς κ. τ. λ.

Denique adverbia cum genetivis absolutis scriptor noster jungit IV, 6, 2: πρῶτῃ ἐσβαλόντες καὶ τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος. I, 7, 1: τῶν πόλεων ὅσαι μὲν νεώ-

¹⁾ Krueger ad Thuc. I, 1, 2. — Sed invenitur quoque *τε* post *ὅτι* cf. VII, 18, 3.

τατα ἄκισθησαν καὶ ἤδη πλωϊμοιτέρων ὄντων. III, 34, 3: προσβαλὼν τῷ τειχίσματι ἑξαπιναιίως καὶ οὐ προσδεχομένων αἰρεῖ, aggressus murum repente iisque non expectantibus expugnat.

Adjectivorum cum notionibus praepositionalibus et cum adverbii copulationes jam supra attulimus; restat ut locum VIII, 28, 2 commemorem, quo adjectivi cum genetivis absolutis copulatio exstat: προσβαλόντες τῇ Ἰάσῃ αἰγνίδιοι καὶ οὐ προσδεχομένων ἄλλ' ἢ Ἀττικὰς τὰς ναῦς εἶναι, αἰροῦσιν. Mirum in modum hic locus praecedenti similis est, qui, quum in libro octavo extet, quem nonnulli a Thucydide scriptum esse negarunt, praeter multos alios testimonio integritatis libri esse potest, si quidem certum est scriptores saepe verba et structuras quasi inscientes repetere solere.

A participio ad infinitivum transitus est I, 72, 1: ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἔς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους — δηλῶσαι δὲ περὶ τοῦ παντός κ. τ. λ. Ad infinitivum transit scriptor, quum verba eundi cum infinitivo quoque conjungi possint ad finem significandum. — Inverso ordine ab infinitivo ad participium transit scriptor I, 141, 1: διανοήθητε ἢ ὑπακούειν πρὶν τι βλαβῆναι, ἢ εἰ πολεμήσομεν — μὴ εἴζοντες μηδὲ ξὺν φόβῳ ἔζοντες ἂ κεκτήμεθα, ubi infinitivos εἴκειν et ἔχειν retinere potuit.

Jam quum de genere variandi Thucydideo, quod est in copulationibus membrorum per particulas copulativas et adversativas connexorum quam copiosissime disseruerimus, spero fore ut ex turba exemplorum eluceat Thu-

cydidem ductum amore inconcinnitatis et inaequalitatis orationem variare solere (ubi enim singulis in exemplis scriptor alia causa, ut variaret, nobis motus esse videbatur, animadvertimus). Neque hunc amorem inconcinnitatis et inaequalitatis nisi ex caractere austeræ compositionis manare Dionysii iudicio in prooemio prolato confirmatur. Jam vero huic parti fine imposito de quibusdam inter praepositiones variationibus dicere mihi liceat, in quibus scriptor noster ceteris scriptoribus quos exornandae orationis causa variare solere exposuimus, propius videtur accessisse. Quum autem exempla, quae afferam non inconcinnitates et inaequalitates constructionum contineant, non in parte ipsa sed in fine collocanda esse videbantur.

Ac primum quidem praepositionum in praepositiones transitus affero. Ut nonnunquam *διὰ θαλάσσης*, *διὰ πελάγους* apud Thucydidem legimus, quo id quod latine „per mare“ vertimus, exprimitur, ita pro phrasi solita „κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν“ semel I, 2, 1 legimus *κατὰ γῆν καὶ διὰ θαλάσσης*; etiamque aliae variationes inveniuntur, quas, quamquam paullo post afferendae sunt, hic commemorare liceat: I, 18, 5: *οἱ μὲν ἰσχυρον κατὰ γῆν, οἱ δὲ ναυσί.* IV, 25, 5: *κατὰ γῆν καὶ ταῖς ναυσὶν ἅμα ἐστράτευσαν.* VII, 59, 1: *μήτε διὰ θαλάσσης, μήτε τῷ πεζῷ διαφυγεῖν.* — I, 143, 3: *ἐν νήσοις καὶ κατ' ἡπειρον.*

Deinde a praepositione *κατὰ* nonnullis locis ad praepositionem *ἐς* scriptor transit in phrasi solita *ἐς τὰ ἄλλα*: I, 1 f. *οὐ μὲγάλα νομίζω γενέσθαι οὔτε κατὰ τὸν πόλεμον οὔτε ἐς τὰ ἄλλα.* VII, 77, 2: *οὔτε δοκῶν που ὑστερός*

του εἶναι κατά τε τὸν ἴδιον βίον καὶ ἐς τὰλλα. Et inverso ordine VI, 72, 1 exstat: ἀνὴρ καὶ ἐς τὰλλα ξύνεσιν οὐδενὸς λειπόμενος καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἐμπειρία ἱκανὸς γενόμενος.

A praepositione πρὸς ad ἐς praepositionem transitus sunt I, 38: οὔτε πρὸς τοὺς ἄλλους οὔτε ἐς ἡμᾶς τοιοῖδε εἰσίν. III, 54: παρεχόμενοι ἃ ἔχομεν δίκαια πρὸς τε τὰ Θηβαίων διάφορα καὶ ἐς ὑμᾶς τοὺς ἄλλους Ἑλληνας. VII, 70, 7 scriptor variat κατὰ praepositionem ad πρὸς transiens: παρακέλευσις — ἐγίγνετο κατὰ τε τὴν τέχνην καὶ πρὸς τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν. I, 23, 2 transitus est a κατὰ ad διά praepositionem utraque causalem significationem habente: οὔτε φυγαὶ τοσαῖδε καὶ φόνος ἦν ὁ μὲν κατ' αὐτὸν τὸν πόλεμον ὁ δὲ διὰ τὸ σιασιάζειν. — ἐς et ἐπὶ variantur II, 12, 1: οὐ προσεδέξαντο αὐτὸν ἐς τὴν πόλιν οὐδ' ἐπὶ τὸ κοινόν. II, 87, 1: οὐδ' ἐς ναυμαχίαν μάλλον ἢ ἐπὶ στρατείαν ἐπλέομεν. — Denique ab ἀπὸ ad ἐκ transitus habemus I, 35: τοῖς δε μὲν ἀπὸ τε τῶν ἐνσπόνδων ἔσται πληροῦν τὰς ναῦς καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος καὶ οὐχ ἥμισα ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑπηκόων et IV, 61: οὐκ ἀπὸ τῆς αὐτῶν ὀρμῶνται Ἀθηναῖοι ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν ἐπικαλεσαμένων.

Solet scriptor a praepositionibus cum casibus junctis ad casus transire. Ac primum quidem semel transit a praepositione in nominativum I, 23, 3: τὰ τε πρότερον ἀκοῆ μὲν λεγόμενα — οὐκ ἄπιστα κατέστη, σεισμῶν τε πέρι οἱ ἐπὶ πλείστον ἅμα μέρος γῆς — ἐπέσχον, ἡλίου τε ἐκλείψεις — ἀνχοὶ τε ἔστι παρ' οἷς μεγάλοι καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ λιμοὶ καὶ ἡ οὐχ ἥμισα βλάβασα καὶ μέρος τι καὶ φθείρασα ἢ λοιμώδης νόσος. — Quum prae-

positione retenta oratio durior facta esset, scriptor a praepositione in nominativum transiit, qui praeter ceteros casus aptus est ad expositionem¹⁾. Est enim hic in nominativum transitus nihil aliud nisi liberior inchoati enuntiati amplificatio, qui, quum facile suppleri possit forma verbi εἰμί (ἦσαν) excusationem habet.

Plurimi transitus sunt a praepositionibus in dativos; affero autem primum multarum praepositionum transitus in dativum causam significantem I, 32, 4: εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίας, ἐναντία τολμῶμεν. II, 44, 2: τῇ πόλει διχόθεν ξυνοίσει ἕκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ. VI, 86, 2: ἀδύνατοι κατασχεῖν διὰ μῆκός τε πλοῦ καὶ ἀπορία φυλακῆς. IV, 88: διὰ τε τὸ ἐπαγωγὰ εἶπεῖν τὸν Βρασίδαν καὶ περὶ τοῦ καρποῦ φόβῳ ἔγνωσαν — ἀφίσιασθαι. V, 104 f.: τῆς ξυγγενείας ἕνεκα καὶ αἰσχύνῃ βοηθεῖν. VII, 57, 1: ὡς ἕκαστος τῆς ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον ἢ ἀνάγκῃ ἔσχευεν. VII, 84: ἠπείγοντο — ἅμα μὲν βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς πανταχόθεν προσβολῆς ἱππέων τε πολλῶν καὶ τοῦ ἄλλου ὄχλου, ἅμα δὲ ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας καὶ τοῦ πιεῖν ἐπιθυμία. — A praepositione ἐς in dativum duos transitus habeo quos afferam II, 89, 7: ὃ ἔς τε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει καὶ ναυμαχία οὐχ ἠκίστα, et inverso ordine I, 91, 4: δοκεῖν — καὶ ἰδίᾳ τοῖς πολίταις καὶ ἐς τοὺς πάντας ξυμμάχους ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι.

II, 94, 2 transitur a praepositione κατὰ in dativum modi: ἐςβάντες κατὰ σπουδὴν καὶ πολλῶ Ἰορύβῳ. Denique IV, 19, 2, ubi a praepositione πρὸς in dativum transitus est, expectemus, ut pro dativo accusativus ex prae-

¹⁾ Bernhardt, Synt. p. 68.

positione pendens ponatur: *δραῖσαι τι πρὸς τὸ ἐπιεικὲς καὶ ἀρετῇ* „facere aliquid ex aequo et virtute“.

Exstat unus praepositionis in accusativum transitus VI, 6, 4: *ἐψηφίσαντο — πέμψαι περὶ τε τῶν χρημάτων σκευομένους — καὶ τὰ τοῦ πολέμου εἰσομένους*. Similis variatio, sed inverso ordine est II, 85, 3: *πέμπει δὲ καὶ ὁ Φορμίων ἐς τὰς Ἀθήνας τὴν τε παρασκευὴν αὐτῶν ἀγγελοῦντας καὶ περὶ τῆς ναυμαχίας ἣν ἐνίκησαν φράσσοντας*. VI, 89, 1: *ἐθεράπευον ὑμᾶς ἄλλα τε καὶ περὶ τὴν ἐκ Πύλου ξυμφορὰν*.

IV. Venio ad quartam dissertationis partem, qua de nonnullarum orationis partium copulatione cum oratione finita disputaturus sum. Quae omnia exempla in numero anacoluthorum habenda sunt, quum scriptor in iis a constructione regulari recedat neque in oratione construenda id sequatur, quod ex inchoata constructione sequi debebat. Neque vero totum anacoluthorum genus exponere in animo est, sed modo ea, quibus inchoata constructione neglecta per particulas copulativas et adversativas ad orationem finitam transitur. Hoc enim anacoluthorum genus solum exponentes officium nostrum exsequemur neque a proposito aberrabimus. Austeram vero compositionem ex hac parte aequae atque ex prioribus cognosci Dionysius his verbis testatur¹⁾: „ὁ τῆς ἀσσηρᾶς ἀρμονίας χαρακτῆρ — οὔτε πάρισα βούλεται τὰ κῶλα εἶναι — οὔτε ἀναγκαῖα δουλείοντα ἀκολουθία“. Sed, ut exemplis illustrare exordiamur, unus locus exstat, quo a praepositione cum casu ad orationem finitam transitur. I, 110, 1: *Ἀμυρταῖον διὰ μέγεθός τε τοῦ*

¹⁾ Dion. de comp. verb. p. 22.

ἔλους οὐκ ἐδύναντο ἐλεῖν καὶ ἅμα μαχιμώτατοί εἰσι τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἔλειοι, pro oratione finita debebat sequi enuntiatio causalis per ὅτι formata vel genetivi absoluti: „καὶ ἅμα μαχιμωτάτων ὄντων ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις τῶν ἐλείων“, praepositione enim retenta scribere διὰ τὸ — εἶναι minus probatum sit.

Ad casum substantivi conjunctivus cohortativus adjunctus est I, 82, 2: κελεύω — καὶ τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν ἐξαρτύεσθαι ξυμμάχων τε προσαγωγῆ καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων — καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκποριζόμεθα. Recte Bredovius propter enuntiata interposita anacoluthon ortum esse annotat. Cujus generis copulatio haec sola exstat. Thucydideum quoque fuisset dativo adjungere participium ἐκπορίσαντας, sed augetur conjunctivo cohortativo vis orationis.

Cum adverbio oratio finita conjungitur V, 61, 3: τὸν Ὀρχομενὸν πάντες ἐπολιόρκουν — βουλόμενοι ἄλλως τε προσγενέσθαι σφίσι καὶ ὄμηροι ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ἦσαν αὐτόθι ὑπὸ Λακεδαιμονίων κείμενοι, ubi pro oratione finita enuntiatum causale expectaremus: volebant et omnino sui esse Orchomenum et quod obsides ibi inerant.

Ab infinitivo ad orationem finitam transitur II, 47, 2: λεγόμενον καὶ πρότερον πολλαχόσε (τὴν νόσον) ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ Ἀἴμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις, οὐ μέντοι τοσοῦτός γε λοιμὸς οὐδὲ φθορὰ οὕτως ἀνθρώπων οὐδαμοῦ ἐμνημονεύετο γενέσθαι debebat oratio ex λεγόμενον pendens procedere: οὐ μέντοι μνημονεύεσθαι τοσοῦτόν γε λοιμὸν οὐδὲ φθορὰν οὕτως ἀνθρώπων οὐδαμοῦ γενέσθαι.

Quibusdam locis ab ὥστε cum infinitivo ad verbum

finitum transitus invenitur, quum pro verbo finito infinitivus ex ὥστε pendens sequi debeat, quia, si sensum verborum respicimus, verbo finito non eadem significatio finalis consecutiva atque praecedenti infinitivo exprimitur. Legimus III, 21, 2: διὰ δέκα ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν μεγάλοι καὶ ἰσοπλατεῖς τῷ τείχει, ὥστε πάροδον μὴ εἶναι παρὰ πύργον, ἀλλὰ δι' αὐτῶν μέσων διήεσαν pro διῆεον εἶναι: inter denos pluteos turres magnae et altitudine muro pares erant, ut praeter turrem nemo praeterire posset sed per medios turres eundem esset. — V, 14, 1: ξυνέβη ὥστε πολέμου μὲν μηδὲν εἶαι ἄψασθαι μηδετέρους, πρὸς δὲ τὴν εἰρήνην μᾶλλον τὴν γνώμην εἶχον pro ἔχειν: contigit, ut jam neutri bellum susciperent sed ad pacem magis animos attenderent. VIII, 5, 2: ἀναπέθεται Ἄγρις, ὥστε Εὐβοίας μὲν περί ἐπισχεῖν, τοῖς δὲ Λεσβίοις παρασκευάζε τὴν ἀπόστασιν. Expectamus, ut παρασκευάζειν sequatur. Neque enim solum ut ab Euboea recederet, sed etiam ut Lesbiis defectionem poraret, Boeoti videntur Agidi persuasisse. Venio ad locum ab interpretibus aliis aliter explicatum. Legimus enim VI, 77, 2: ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τροπομένους, ὥστε τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διῆσθαι, τοὺς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι ἐκπολεμοῦν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δὲ ὡς ἐκάστοις τι προσηγὲς λέγοντες δύνανται κακοῦργεῖν. Omnes interpretes eo consentiunt, quod, si δύνανται abesset, optimum fore putant. Poppo, postquam interpretationem Porti, qui ordinem verborum sic statuit: τοῖς δὲ λέγοντές τι προσηγὲς, ὡς ἐκάστοις (λέγειν) δύνανται, κακοῦργεῖν, Arnoldi et Haackii similiter interpretatorum: τοῖς δὲ λέγοντες, ὡς ἐκάστοις τι προσηγὲς δύνανται

(λέγειν), κακουργεῖν, Baueri δύνανται ad omnes tres infinitivos pertinere explicantis, improbavit, Kruegeri explicationem praefert, qui, quum ὡς ἐκάστοις ad λέγοντες referens τοῖςδε ad ὡς ἐκάστοις attractum esse interpretetur, δύνανται ad κακουργεῖν solum referendum esse dicit, ut transitus ad verbum finitum, ut in prioribus exemplis, accipiendus sit. Cui explicationi assentior. Est igitur vertendum: „an expectemus, dum urbes deinceps expugnatae sint, quippe qui videamus eos hoc modo agere, ut alios persuadendo a nobis dividant, alios societatis spe inter se ad bellum excitent, aliis deinceps blandiendo damnum afferre possunt“. Verbo δύνανται autem hoc exprimi existimo: ad alios ad se perducendos Athenienses callidioribus consiliis utuntur, ad alios conciliandos blanditiae, quia creduliores eos esse et blanditias amare sciunt, sufficiunt.

Ab oratione indirecta ad directam transitur VIII, 76, 4, de quo loco difficili atque obscuro adhuc sub iudice lis est: „καὶ δι' ἑαυτοὺς τε ἐν τῇ Σάμῳ προκαθημένους καὶ πρότερον αὐτοὺς κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔσπλου, καὶ νῦν ἐς τοιοῦτον καταστήσονται, μὴ βουλομένων σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ δυνατώτεροι εἶναι εἶργειν ἐκείνους τῆς θαλάσσης ἢ ὑπ' ἐκείνων εἶργεσθαι.“ Ante Dobraeum quaestio erat, utrum καταστήσονται ad τοὺς ἐν Σάμῳ an ad τοὺς ἐν Ἀθήναις referendum sit, et erant nonnulli, qui, quod in καταστήσονται subjecti mutationem duriozem esse putarent, hujus verbi subjectum τοὺς ἐν Ἀθήναις esse explicarunt. Sed si locum sanum esse credimus, hoc fieri nequit. Recte enim Dobraeus animadvertit, βουλομένων

tum in βουλόμενοι mutandum esse, etiamque ὥστε αὐτοὶ δυνατώτεροι ex grammaticae regulis ferri non posse. Nihil aliud igitur restat, quam ut ἐς τοιοῦτον καταστήσονται ad τοὺς ἐν Σάμῳ referamus, ut sententia haec sit: „per se ipsos Sami collocatos et prius eos (Athenienses domi versantes) potentes esse aditus ad Piraeum et nunc ipsi (Samii) tali conditione erunt, etiamsi illi (Athenienses) sibi (Samiis) rempublicam restituere nolint, ut ipsi magis eos mari prohibere quam ab illis prohiberi possint.“ Subjecti quidem mutatio hoc loco maxime notabilis est. Quod vero Poppo ὥστε ante μὴ collocandum esse vult, quod μὴ βουλομένων ad ὥστε — δυνατώτεροι εἶναι referendum sit, equidem, si genetivos absolutos concessive dictos esse putamus, ad ἐς τοιοῦτον καταστήσονται eos referri posse existimo: „etiamsi illi sibi rempublicam restituere nolint, tali conditione erunt. Denique δυνατώτεροι εἶναι, pro quibus verbis Poppo μάλλον ἂν δύνασθαι expectat, ferri posse credo.

A participiis scriptor transit ad orationem finitam his locis: I, 57, 2 δεδιώς τε ἔπρασεν ἔς τε τὴν Λακεδαιμόνα πέμπων ὅπως πόλεμος γένηται αὐτοῖς πρὸς Πελοποννησίους καὶ τοὺς Κορινθίους προσεποιεῖτο τῆς Ποτιδαίας ἐνεκα ἀποστάσεως. Pro προσεποιεῖτο expectemus προσποιούμενος, praesertim quum priori membro particula τε praecedat. — III, 87, 1: ἡ νόσος τὸ δεύτερον ἐπέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκλιποῦσα μὲν οὐδένα χρόνον τὸ παντάπασιν, ἐγένετο δέ τις ὅμως διακωχή pro γενομένης δέ τινος ὅμως διακωχῆς. — III, 2, 1: Λέσβος — ἀπέστη ἀπὸ Ἀθηναίων, βουλευθέντες μὲν καὶ πρὸ τοῦ πολέμου, ἀλλ' οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐ προσεδέξαντο, ἀναγκασθέντες δὲ καὶ ταύτην τὴν ἀπόστασιν πρότερον ἢ διε-

νοῦντο ποιήσασθαι. Expectem, ut verbis βουληθέντες μὲν κ. τ. λ. non ἀναγκασθέντες δὲ opponatur, sed verba ἀλλ' οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐ προσεδέξαντο, ut post βουληθέντες μὲν καὶ πρὸ τοῦ πολέμου oratio sic procedere debeat: τῶν δὲ Λακεδαιμονίων οὐ προσδεξαμένων. Verba enim βουληθέντες — προσεδέξαντο de priori defectione Lesbiorum agunt itaque conjungenda erant. Quum vero verbis ἀναγκασθέντες δὲ ad praesentem defectionem transiens Thucydides novam rem adjungat, post προσεδέξαντο interpungens pergere debebat: ἠναγκάσθησαν δὲ κ. τ. λ. Denique II, 29, 4: „Τήρης δὲ οὔτε τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων βασιλεὺς τε πρῶτος ἐν κράτει Ὀδρουσῶν ἐγένετο“, fortasse voluit scriptor ad οὔτε — ἔχων aliud participium conjunctione οὔτε adjungere, quo de diversitate regis Odryssorum a Tereo, fabuloso illo rege, aliud quidpiam adderetur, veluti quod jam antea commemoraverat: οὔτε τῆς αὐτῆς Θράκης γενόμενος ut sic fere legendum esset: Τήρης δὲ, οὔτε τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων οὔτε τῆς αὐτῆς Θράκης γενόμενος βασιλεὺς πρῶτος — ἐγένετο. Vel si hoc non probetur pro ἔχων expectemus εἶχε. Sed et hic scriptor ab inchoata constructione recedens particula τε verbum finitum participio adjunxit.

A genetivis absolutis ad orationem finitam transitus habemus: VII, 13, 2 τὰ δὲ πληρώματα διὰ τόδε ἐφθάρη — καὶ ἔτι νῦν φθείρεται, τῶν ναυτῶν τῶν μὲν διὰ φρυγανισμόν καὶ ἀρπαγὴν καὶ ὑδρείαν μακρὰν ὑπὸ τῶν ἰππέων ἀπολλυμένων· οἱ δὲ θεράποντες — αὐτομολοῦσιν pro τῶν δὲ θεραπόντων αὐτομολούντων. VII, 47, 2: νόσῳ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφοτέρω, τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης, ἐν ἧ ἄσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον αμα, ἐν ᾧ ἔστρατοπεδεύοντο, ἐλώδες καὶ χαλεπὸν

ἦν pro καὶ τοῦ χωρίου ἅμα, ἐν ᾧ ἐστράτοπεδεύοντο ἐλώ-
 δους καὶ χαλεποῦ ὄντος. In utroque loco, si sensum
 verborum respicimus, altera causa ad praedicatum ad-
 ditur, altera genetivis absolutis expressa. Debebat igitur
 sequi non oratio finita sed genetivi absoluti. — Similis
 transitus est VII, 15, 2: εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς
 πράσσετε, ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου
 ποριουμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου σχολαίτερον μὲν,
 ὁμως δ', ἦν μὴ προσέχητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν λήσουσιν
 ὑμᾶς — τὰ δὲ φθῆσονται pro τὰ μὲν λησόντων ὑμᾶς —
 τὰ δὲ φθησομένων. — Denique III, 82, 1 legimus: πᾶν
 τὸ Ἑλληνικὸν ἐκινήθη, διαφορῶν οὐσῶν ἑκασταχοῦ τοῖς
 τε τῶν δήμων προσιάταις τοὺς Ἀθηναίους ἐπάγεσθαι
 καὶ τοῖς ὀλίγοις τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ
 οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν οὐδ' ἐτοίμων παρακαλεῖν
 αὐτοὺς· πολεμουμένων δὲ καὶ ξυμμαχίας ἅμα ἑκατέροις
 τῇ τῶν ἐναντίων κακώσει καὶ σφίσι αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ
 προσποιήσει, ῥαδίως αἱ ἐπαγωγαὶ τοῖς νεωτερίζειν τι βου-
 λομένοις ἐπορίζοντο. Procedere debebat oratio ῥαδίως
 τῶν ἐπαγωγῶν τοῖς νεωτερίζειν τι βουλομένοις ποριζο-
 μένων, Causae enim afferuntur, cur tota Graecia mota
 sit, quarum altera exprimitur verbis διαφορῶν — Λακε-
 δαιμονίους, altera oratione finita, quae per καὶ post
 Λακεδαιμονίους ad διαφορῶν οὐσῶν adjuncta esse mihi
 videtur, interpositis enuntiatis per μὲν et δὲ particulas
 oppositis, ad quae referendi sunt dativi κακώσει et προς-
 ποιήσει per καὶ — καὶ disjuncti. Verba autem ab ἐν μὲν
 εἰρήνῃ — προσποιήσει uncis includam. Sententia igitur
 haec est: „Tota Graecia mota est, quia ubique discor-
 diae erant et (studebant) duces plebis Athenienses, no-
 biles Lacedaemonios adducere et quia (quum pace qui-

dem non causa fuisset neque parati fuissent illos adducere, bellantibus autem illis (parati erant), ut et suo quisque adversario damnum afferret et sibi ipsi societates acquireret) facile erat iis qui novis rebus studebant illos adducere. Hoc loco sicuti I, 82, 2 (sub IV, 2) Thucydides propter longitudinem interpositarum enuntiationum ad orationem finitam transisse mihi videtur omissa constructione genetivorum absolutorum.

Ab enuntiato finali transit scriptor noster ad orationem finitam, quae, si sensum respicimus, eadem in enuntiatum finale trahenda erat: VI, 18, 4 *ποιώμεθα τὸν πλοῦν, ἵνα Πελοποννησίων τε στορέσωμεν τὸ φρόνημα, εἰ δόξομεν ὑπεριδόντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν καὶ ἐπὶ Σικελίαν πλεῦσαι, καὶ ἅμα ἢ τῆς Ἑλλάδος — ἄρξομεν ἢ κακώσομέν γε τοὺς Συρακοσίους pro καὶ ἅμα ἢ τῆς Ἑλλάδος ἄρξομεν ἢ κακώσωμεν κ. τ. λ.*

Ab enuntiatis relativis transitus inveniuntur ad orationem finitam, quae quidem, si sensum respicimus, in enuntiata relativa trahi non poterat, sed tamen conjunctionibus non copulativis sed quascunque sensus postulabat, adjungenda erat.

II, 41, 1: *προσδεόμενοι οὔτε Ὀμήρου ἐπαινέτου, οὔτε ὅστις ἔπεισι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψει, τῶν δὲ ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἢ ἀλήθεια βλάψει.* Adjungimus hoc enuntiatum conjunctione „während“ graece haec verba fortasse etiam sic scribi possint: *οὔτε Ὀμήρου — ἔπεισι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψοντος, τῶν δὲ ἔργων τὴν ὑπόνοιαν τῆς ἀληθείας βλαψούσης.* Deinde V, 5, 1: *Λοκρῶν ἐντυγχάνει τοῖς ἐκ Μεσσήνης ἐποίκοις ἐκπεπιωκόσιν, οἱ — στασιασάντων Μεσσηνίων καὶ ἐπαγαγομένων τῶν ἐτέρων Λοκροῦς ἐποικοὶ ἐξεπέμφθησαν καὶ ἐγένετο Μεσσήνη Λοκρῶν τινὰ χρόνον,*

oratio finita proprie continet consecutionem, ut *ωστε γενέσθαι* veram rationem ad verba, quae praecedunt, expressura sit.

Tum similiter V, 2, 2 oratio finita enuntiatione consecutiva exprimi possit: *πρὸς τὸ περιτείχισμα πρῶτον ἀφικνεῖται ὁ προσέβαλε τῇ πόλει ὁ Βρασίδης — καὶ διελὼν τοῦ παλαιοῦ τείχους μίαν αὐτὴν ἐποίησε πόλιν*, ut latine vertamus: ad vallum venit, quo urbem Brasidas insuper circumdederat, ut deleta parte muri veteris omnia in unam urbem comprehenderentur. Denique VIII, 76, 5: *οὐδενὸς ἄξιον (εἶναι), ᾧ ἡ πόλις σφίσι χρέσιμος ἦν — οἱ γε μήτε ἀργύριον εἶχον ἔτι πέμπειν, ἀλλ' αὐτοὶ ἐπορίζοντο οἱ στρατιῶται, μήτε βούλευμα χρηστόν*, anacolutho evitato et enuntiatum relativum et oratio finita ex particula causali pendentes (*ἐπέιγε* pro *οἱ γε*) fierent: nihil esse quo cives sibi prodessent quoniam neque pecunias mittere possent sed milites sibi ipsi eas pararent, neque bonum consilium etc.

Si relativae enuntiationi altera adjungitur, habet haec quodammodo formam orationis finitae, quum Graeci pronomen relativum repetere non soleant; potest autem facile omissum pronomen relativum suppleri. I, 106: *ἐξέπεσεν ἔς του χωρίου ἰδιώτου, ᾧ ἔτυχεν ὄρυγμα μέγα περιειργον καὶ οὐκ ἦν ἔξοδος*, nobis *ἐξ οὗ* supplendum est. IV, 67, 1: *ἐν ὄρυγματι ἐκαθέζοντο, ὅθεν ἐπλίνθενον τὰ τείχη καὶ ἀπείχεν οὐ πολὺ*. pro *καὶ ὅ ἀπείχεν οὐ πολὺ*. VI, 11, 1: *ἀνόητον ἐπὶ τοιούτους ἰέναι, ὧν κρατήσας τε μὴ κατασχῆσει τις καὶ μὴ κατορθώσας μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ καὶ πρὶν ἐπιχειρῆσαι ἔσται*. stultum est eos aggredi, quos, si vicerimus, subjectos non habebimus et adversus quos, si non vicerimus, non eadem conditione, quam, ante-

quam invaserimus, futuri simus. — VII, 29, 4: ἐπιπε-
σόντες διδασκαλεία παιδῶν, ὅπερ μέγιστον ἦν αὐτόθι
καὶ ἄρτι ἔτυχον οἱ παῖδες ἐσεληλυθότες pro καὶ ἐς ὃ
ἄρτι ἔτυχον κ. τ. λ.

Ponitur nonnunquam pro relativo omisso pronomen
demonstrativum, partim quod scriptor volebat partim
quod perspicuitas postulare videretur: II, 4, 3: τὸ δὲ
πλεῖστον — ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα ὃ ἦν τοῦ τείχους
καὶ αἱ πλησίον θύραι ἀνεωγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ pro οὗ.
II, 72, 1: ξυνέλευθεροῦτε τοὺς ἄλλους ὅσοι μετασχόντες
τῶν τότε κινδύνων ὑμῖν τε ξυνώμοσαν καὶ εἰσι νῦν ὑπ'
Ἀθηναίοις, παρασκευή τε ιοσήδε καὶ πόλεμος γεγένηται
αὐτῶν ἔνεκα pro καὶ ὧν ἔνεκα παρασκευή τε κ. τ. λ.
II, 74, 2: ἐπὶ γῆν ἠγήθε ἤλθομεν, ἐν ἧ οἱ πατέρες ἡμῶν
εὐξάμενοι ὑμῖν Μήδων ἐκράτησαν, καὶ παρέσχετε αὐτὴν
εὐμενῆ ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἑλλήσιν, pro καὶ ἦν παρέ-
σχετε κ. τ. λ. VI, 64, 4: „ἀπ' ἀνδρῶν ἐκ τῆς Κατάνης
ἦκειν ἔφη (ὁ ἀνήρ), ὧν ἐκεῖνοι τὰ ὀνόματα ἐγίγνωσκον
καὶ ἠπίσταντο ἐν τῇ πόλει ἔτι ὑπολοίπους ὄντας τῶν
σφίσι ἐυνόων“, non necesse erat ἐν αὐτοῖς addere,
quum ὑπολοίπους κ. τ. λ. vice ejus fungatur; proprie
vero ἐν οἷς post καὶ ex praecedenti relativo ὧν sup-
plendum est.

Denique liceat mihi hoc loco exemplum afferre, in
quo pro enuntiato relativo imperativum positum esse
invenimus. I, 71, 1: οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν
ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν, οἱ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ
δίκαια πράσσωσιν — ἀλλ' ἐπὶ τῇ μὴ λυπεῖν τε τοὺς ἄλ-
λους καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι τὸ ἴσον νέμετε.
Perrexisse Thucydidem quasi negotio οὐ non ante τού-
τοις sed ante οἴεσθε positum esset, ut imperativi inter

se opponerentur, Poppo recte annotavit. — Sed haec hactenus.

Austera igitur Thucydidis compositionem, quatenus ex copulatione dissimilium orationis partium perspiciatur, explicavimus. Sunt quidem, si Dionysii definitionem sequimur, multae aliae res, ex quibus illa compositio cognosci possit. Ille enim, postquam austera compositionem in prooemio Thucydidis ex vocalium collisione et semivocalium mutarumque concursu demonstrare conatus est¹⁾, pergit hoc fere modo: „Sunt etiam sibi ipsis membra admodum disparia et inconcinna; magna periodorum inaequalitas, multa in conformandis sententiis novitas, multus ordinis neglectus, et quaecunque id genus alia et inornatae horridaeque compositionis signa putavi esse statuenda; nam omnia adductis exemplis percensere iisque tempus nostrum insumere, id minime necessarium duco“. Equidem, quum membrorum inconcinnitatem, periodorum inaequalitatem, ordinis neglectum exponere cogitarem, tamen, ne latius me funderem, certos fines terminosque mihi constituendos esse existimabam, „de Thucydidis in oratione per particulas copulativas et adversativas dissimiles orationis partes jungendi consuetudine“ scribenti. Quamquam vero has copulationes apud alios scriptores pariter hic illic exstare clarum est, tamen, quum (Graecismis omnibus remotis) ex turba exemplorum proprietatem elocutionis sequi censeam, austerae compositionis characterem, quatenus ex iis quae demonstrare proposueramus, perspici possit, explanasse mihi videor.

¹⁾ de comp. verb. p. 25.



V I T A.

Natus sum Reinholdus Edmundus Pannicke Gorlicii, urbe Lusatie superioris anno 1842 a. d. VII Cal. Nov. patre Theophilo, matre Johanna, e gente Neunertiana, quorum hanc mihi ante hos quattuor annos morte ademptam esse lugeo semperque lugebo. Fidei addictus sum evangelicæ. Primis literarum elementis domi imbutus anno 1853 inter alumnos gymnasii Gorliciensis receptus sum, ubi per unum annum Antoni, ceteros septem annos Schuettii auspiciis præstantissimorum præceptorum disciplina usus sum. Anno 1861 maturitatis quod dicunt testimonio instructus universitatis Gryphiswaldiensis civibus adscriptus sum, ut philologiae studiis operam darem. Ibi scholas frequentavi Schoemanni, Hertzii, Schæferi, Georgii, Ahlwardtii. Ubi unum annum commoratus inter cives academicos universitatis Fridericæ Guilelmæ Berolinensis receptus sum et per octo semestria usque ad semestre hibernum 1865/66 scholas frequentavi Boeckhii, Hauptii, Droysenii, Trendelenburgii, Mommsenii, Muellenhoffii, Geppertii. Quibus viris omnibus, imprimis viris illustrissimis, humanissimis, Hauptio et Kirchhoffio, quantum debeam, semper memor ero.

T H E S E S.

1. Platonem juvenem Phædrum non scripsisse.
 2. Sophistarum merita haud exigua sunt.
 3. Patrem patratum summum fœtialium non esse.
-